τεκμαίρεσθαι δ' οὖν καὶ ἡμῖν ὅπως ποτὲ τὰ γινόμενα δίδωσιν ὡς πλοῦτος καὶ δόξα καὶ αὐτόνομος ἐξουσία σαφέστερον ἀνθρώπου δηλοῦσι γνώμην καὶ φύσιν ἢ πενία καὶ ὑπεξούσιος δίαιτα. δεσμῷ γὰρ ἀδοξίαν ἀκούσιον ἐοικέναι, μὴ κατὰ γνώμην ἐῶντι κινεῖσθαι. διὸ καὶ λανθάνειν ὡς τὰ πολλὰ μὴ τοὺς πόρρω πέφυκε μόνον, ὅτι μὴ καὶ οἷς πολύν τινα συνεῖναι γέγονε χρόνον, τὰ ἤθη τῶν πλείστων ὥσπερ χρώμασι τοῖς ἔξωθεν ἐπιτηδεύμασι τὸ τῆς γνώμης βάπτοντα πρόσωπον. ὡς ἐντεῦθεν ἐξεῖναι διδάσκεσθαι, οἷς συνῴκισεν ἡ φύσις σύνεσιν, μηδένα μακαρίζειν πρὶν ἂν εἰς τέλος ἀφίκηται καὶ τέλος κάμψῃ βίου, μηδ' αὖ διὰ τοὺς πρὶν ἁμαρτάνειν ἐν βίῳ νοσήμασι καὶ διαφόροις πάθεσι κολαζομένους μέμφεσθαι τῇ προνοίᾳ. οἶδε γὰρ ὁ πάντα πρὸς τὸ βέλτιον μετασκευάζων θεὸς τὸ καθάπερ ἐν σποδιᾷ τῇ γνώμῃ κείμενον πῦρ ʺ τῆς φιλοδοξίας, ὡς ἐὰν δράξηταί τινος ῥώμης κινούσης οἷα f. 108 b. πνοῆς, πολλὴν ἀνεγείρει φλόγα κακίας. οὐ μέντ' ἂν οὖν εἴη τῶν ἀπεικότων, εἰ ἁπάντων καθάπαξ εἰπεῖν κἀπὶ τῷδε τἀνδρὶ πλανηθέντων πεπλανήμεθα καὶ ἡμεῖς, τοῦ πρὸς κακίαν οὐ μάλα ἑτοίμου μηδαμῇ πρὸς ὑπόνοιαν εὐχερῶς κινουμένου. θαυμαστὸν δ' ἂν δήπου μᾶλλον εἴη πῶς τοσοῦτον χρόνον ἀπέσχε νόθοις μὲν δουλεύων ἤθεσι, τὰ δ' οἰκεῖα συγκρύπτων, πρᾶγμα δυσμαχώτατον καὶ σφόδρα γέ τι δυσκαρτέρητον. εἰ

autem arcanis quibusdam Providentiae rationibus reguntur. rerum nobis ea, quae nunc geruntur, quodam modo documento esse possunt, divitias gloriamque ac liberam potestatem dilucidius hominis consilia atque indolem declarare, quam egestatem vitamque aliis obnoxiam. obscuritas enim ingloria invitis iniuncta similis est vinculo quod pro cuiusque arbitrio laxari nequeat. quare plerumque non solum remotioribus, sed etiam iis, qui longum per tempus cum iis versabantur, vera animi indoles plurimorum ignota est, quippe quum ii studiis suis quae prae se ferunt, tanquam coloribus animi faciem imbuant. inde discere licet, quibus natura prudentiam dedit, neminem felicem esse dicendum, priusquam ad finem venerit et vitam cum morte commutaverit, neque vero Providentiam incusandam esse, si qui etiam, antequam peccata commiserint, morbis et variis calamitatibus castigentur. deus enim, qui omnes res in melius traducit, scit cupiditatis gloriae ignem in animo quasi sub cinere latentem, qui robur quoddam nactus, quo tanquam flatu moveatur, magnum incendium improbitatis exsuscitaturus sit. non igitur ita mirum atque inconsentaneum est, si ab eo homine, abs quo omnes prorsus fallebantur, etiam nos fallebamur, quum, qui ipse ad improbitatem non admodum propensus sit, haudquaquam facile ad suspicandum adducatur. magis autem quis mirari possit, quo

μὲν γὰρ μὴ καλὸς τὴν φύσιν ἦν, τὰ δ' οὖν πλείω τῶν καλῶν ἐς τοὐμφανὲς ἐπιτηδεύων ἐλάνθανε, θαυμάζω τῆς καρτερίας τὸν ἄνθρωπον. εἰ δὲ τότε μὲν τοιοῦτος οἷος ἐφαίνετο τὴν ἕξιν τῆς φύσεως ἦν αὐτός, ἡ δὲ τῆς τύχης μεταβολὴ ῥᾷσθ' οὕτω καὶ ταύτην μεταβεβλήκει, παρὰ τοσοῦτον ἐπαινεῖν οὐκ ἔχω τὸ σαθρὸν τῆς τοιαύτης ἕξεως, παρ' ὅσον ψέ-
22 γειν οὐκ ἔχω τὰ πρίν. τοιαῦτα γὰρ ἐκεῖνα οἷα πᾶς τις ἂν ἠγάπησε καὶ τεθαύμακεν, ὃ δὴ καὶ ἡμεῖς πεποιήκαμέν τε καὶ τῇ παρούσῃ φιλοτίμως δεδώκαμεν ἱστορίᾳ· τοιαῦτα δὲ τὰ μετὰ τὴν τῆς βασιλείας ἀντίληψιν οἷα πᾶς τις εὐσεβῶς ζῆν ᾑρημένος μισήσει ἄν. θεῷ δὲ πάντως μελήσει περὶ τῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας, ᾧ τά τε τῆς εὐσεβείας ἀνεῖται σκῆπτρα καὶ τὰ τῆς ἐκδικήσεως μάλα τι ῥᾴδια ἐπεφύκει. ἐμοὶ γὰρ περιττὸν εἶναι δοκεῖ τὰ πᾶσι δῆλα διεξιέναι. εἴρηται δ' ὅμως καὶ ἡμῖν ἐν τοῖς ἀντιρρητικοῖς ὅσα πρὶν ἐπειλῆφθαι γέγονε τῆς βασιλείας Καντακουζηνόν. ἐν δέ γε τοῖς ἑξῆς αὖθις ἔνια τῶν ἐφεξῆς τῇ ἱστορίᾳ ταύτῃ παρέσχομεν ὡς ἐν διηγήσεως τρόπῳ, καὶ οὐ σφόδρα γέ τι ἀγωνιστικῶς· οὐ γὰρ ἄδειαν παρεῖχέ μοι τὰ καθ' ἡμᾶς ναυάγια. ἢν δὲ θεὸς ἐθέλῃ ζῶσιν ἡμῖν τὸν τῆς αἰθρίας ἀναλάμψαι καιρὸν καὶ δοῦναι παρρησίαν πλατεῖαν τῇ γλώττῃ, λελείψεταί μοι λιπεῖν τῶν πάντων οἶμαι ἄρρητον οὐδέν. νῦν δ' εἴγε βούλοιο σὺ παρέχειν ἡμῖν

pacto iste tantum temporis alienis moribus servire, suam autem indolem celare sustinuerit id quod mirum quantum arduum est et mehercule vix ferendum. si enim quamquam ipse inhonesto animo praeditus, tamen res plurimas honeste palam agendo homines fefellit, admiror eius perseverantiam; sin autem tum quidem, qualis videbatur, talis revera erat et fortunae commutatio etiam animi indolem tam facile commutavit, usque adeo non possum laudare talem naturae imbecillitatem, quatenus res antea perpetratas vituperare nequeo. eae enim erant eiusmodi, ut quivis eas amaret et admiraretur, quod etiam nos fecimus et hac historia ambitioso studio persecuti sumus. post imperii autem occupationem ea edidit facinora, quae oderit, quicunque pie vivere volit. deo autem, cui religionis sceptra permissa sunt et cui potestas poenae repetendae admodum expedita adest, sua ecclesia sane curae cordique erit. mihi enim supervacaneum videtur explicare, quae omnibus nota sunt, quamquam in Antirrheticis etiam ea exposuimus, quae gesta sunt, antequam Cantacuzenus imperio potitus esset. deinde non nulla ex iis, quae insecuta sunt, rursus hac historia perscripsimus, narrantis partes tantum agentes, non certantis. non enim securitatem nobis praebuerunt nostra naufragia. sin autem deus no-

ἀφορμὰς ὁμιλίας ὥσπερ ὅσα τῆς ἐκδημίας τῆς σῆς ἀναγκαῖα τῇ φύσει τῆς ἱστορίας ποθοῦσι παρέσχες πατριαρχῶν τε πέρι καὶ ἐπισκόπων τῶν πανταχῇ τὴν ὀρθόδοξον τηρούντων πίστιν καὶ ἅμα γυμνῇ διδασκόντων τῇ κεφαλῇ τὰ τῆς εὐσεβείας ἐν μέσοις ἔθνεσι δόγματα, οὕτω καὶ νῦν μετὰ τὴν ἐς τὰ οἴκοι ἐπάνοδον, ὅσα δήπουθεν ἠκηκόεις ἐνταῦθα πρὸς των πολλῶν ἀναμὶξ καὶ ἰδίᾳ περί τε τῆς γενομένης παρὰ τῶν τῆς εὐσεβείας διωκτῶν λῃστρικῆς καθ' ἡμῶν συνόδου, καὶ ὅσα περὶ τῶν θείων δογμάτων τῆς ἐκκλησίας ἐνστάντες ἡμεῖς ἐπεπόνθειμεν, καὶ ὅπως διαθέσεως ἔχουσιν ἡμῶν γε εἵνεκα τὰ διάφορα τῶν πλείστων ἤθη, ὅσοι τε τῶν εὐπατριδῶν καὶ ὅσοι τῶν ἄλλως τύχης τε καὶ γένους καὶ συνέσεως ἐχόντων, οὐδ' ἂν οὐδ' αὐτός γε ὀκνήσαιμι τὰ εἰκότα σοι ἀποκρίνεσθαι, ἀλλὰ μὴν ἀρρωστίας καὶ ἀθυμίας ἁπάσης ὑπέρτερον πρᾶγμα θείην ἂν ἔγωγε τὴν σὴν ἀκοήν. ἀφ' οὗ γὰρ τὰς ἡμετέρας πᾶσιν ἀπέκλεισαν θύρας οἱ τῆς εὐσεβείας καὶ ἡμῶν δήμιοι, οὐ δεδύνημαί τι σαφὲς περὶ τῶν τοιούτων μαθεῖν οὐδὲν οὐδαμῇ πω μέχρι καὶ τήμερον, " καὶ γίνεταί μοι διὰ πλείστης ἐφέσεως f. 109 a.
ἡ τούτων μάλα γέ τι γνῶσις. ἀναλαβὼν οὖν μοι λέγε ταῦτα πάντα καθ' ἕκαστον, προστιθεὶς καὶ τὸν καιρὸν ὁμοῦ καθ' ὅν τε αὐτὸς ἐς Βυζάντιον ἧκες, καὶ πρός γε ἔτι καθ' ὃν ἕκαστα τούτων ἀκήκοας, ὡς ἂν καθ' εἱρμὸν ἐκεῖθεν κατιού-

his viventibus coelum serenare nostraeque linguae largam libertatem donare voluerit, nulla res, opinor, a me silentio tecta praetermittetur. iam vero, si nobis nunc, ut ex peregrinatione tua, quae historiae naturae atque indoli convenirent, cupientibus nobis exposuisti de patriarchis et episcopis ubique terrarum orthodoxam fidem tuentibus et nudo capite in mediis gentilibus pietatis dogmata docentibus, ita sermonem ordiri velis de iis rebus, quascunque hic post reditum in patriam promiscue ex vulgo et privatis audiveris quum de praedatoria synodo ab ecclesiae persecutoribus in nos coacta, tum quid nos sacrosanctorum ecclesiae dogmatum defensores perpessi simus, quomodo denique varii hominum animi sive nobilium sive alia fortuna, genere, prudentia utentium nostra causa affecti sint, tum ne ego quidem cessaverim, quae apta sunt, tibi respondere et vel valetudinis imbecillitate animique aegritudine posthabita tuam audire narrationem. quo enim ex tempore nostras fores omnibus clauserunt nostri et ecclesiae carnifices, nihil omnino de talibus rebus usque ad hunc diem accuratius discere potui, quamquam earum cognitio maxime mihi in optatis est. ad propositum igitur regressus omnia mihi singulatim exponas, addito etiam tempore, quo Byzantium redieris et quo quidqué audive-

σης τῆς διηγήσεως εὐπαρακολούθητος καὶ ἡμῖν ἡ τῶν τοιούτων ἐγγίγνοιτο μάθησις ἑκατέρωθεν ἑκατέροις.

83 Ὁ μὲν δὴ χρόνος καθ' ὃν ἐπανιὼν κατέπλευσα, φησίν, ἐς Βυζάντιον, μετὰ κυνὸς ὑπῆρχεν ἐπιτολάς, λήγοντος ἤδη τοῦ θέρους. εὐθὺς οὖν ἀποβὰς τῆς νεὼς οἴκαδε ἀφικόμην, καὶ οἰκουρῶν διετετελέκειν ἡλίους ἑξῆς πεντεκαίδεκα, ἀναλαμβάνων τε ἐμαυτόν, καὶ τὴν ἐκ θαλάττης ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν ἀποτριβόμενος ἀηδίαν. καὶ μὲν δὴ τῶν ἡμερῶν μεταξὺ τουτωνὶ προσιόντων ἄλλοτ' ἄλλων φίλων καὶ ὁμιλούντων ἡμῖν ἀκριβῶς ἀκηκοέναι μοι γέγονεν ἅπαντα, τήν τ' ὀνομαζομένην οὑτωσί πως σύνοδον, ὅπως τε ἐσχεδίασται, καὶ ὅσα πέπρακται παρανόμως ἐκεῖ πρὸς τῶν προέδρων τῶν Παλαμᾷ συμμαχούντων καὶ ἀνακεκαλυμμένως ἐπιορκούντων, ἔτι τε ὅπως τὸ μὲν τῆς πολυθεΐας ἠκύρωται δόγμα, τὸ δὲ τῆς ἐνσάρκου μυστήριον οἰκονομίας ἀνῄρηται. καὶ πρός γε τοῖς ἄλλοις, ἃ μηδ' ἀκοῇ σωφρονεῖν δι' εὐσέβειαν προαιρουμένῃ διδόναι χρεών, κἀκεῖνα δηλαδὴ ὅσα βαρβαρικῶς τε καὶ θηριωδῶς εἴργασται πρὸς τῶν ποιμαίνειν λαχόντων τὴν ἐκκλησίαν, περὶ ὧν ὁ κύριος ἔφη "ποιμένες ἠφρονεύσαντο, ποιμένες διέφθει-
84 ραν τὸν ἀμπελῶνά μου." καὶ ἅμα τὸν ἐπὶ τούτοις φρικωδέστατον καὶ παντοδαπὸν διωγμόν, κἄπειτα ὅπως τε διηνέχθησαν ἔνιοι κατ' ἐνίων ἐπίσκοποι, καὶ σχεδὸν ἅπαντες καθ' ἁπάντων, ὥσπερ ἐκ μεταμέλου τὸ μέγεθος τῶν σφετέρων ἀτο-

ris, ut narratione inde ex ordine procedente utrique nostrum cognitio rerum ab utraque parte perspicua evadat.

„Quod ad tempus attinet, inquit, Byzantium post Caniculae ortum aestate iam exeunte reversus sum. navi egressus domum veni ibique quindecim continuos dies versatus me refeci et navigandi molestias sensim paulatimque abstersi. hisce diebus aliis alias amicis me convenientibus et mecum conversantibus accurate omnia comperi de synodo ista, quam dicebant, qua ratione ex tempore coacta esset, quae ibi a praesidibus Palamae suffragantibus et palam deierantibus illegitime gesta, quo pacto dogma de multis divinitatibus ratum factum, mysterium vero incarnationis eversum esset. praeter alia vero, quae ne auribus quidem hominum, qui pie atque moderate vivere velint, ingerenda sunt, illa quoque nimirum, quae barbare et efferate isti, quibus pastorum munus obtigit, gesserunt, de quibus pastoribus dominus dixit: „pastores insaniebant, pastores vastabant vineam meam.“ comperi etiam, ut persecutionem horribilissimam ubique instituissent: ut dein nonnulli episcopi cum nonnullis et omnes fere cum omnibus dissedissent, tanquam poenitentia tacti et magnitudine scelerum suo-

κημάτων ἐκπεπληγμένοι τε, καὶ οὐδὲ φέρειν καθάπαξ ἀνεχόμενοι τὰς πάντων διὰ ταῦτα πανταχόθεν ὕβρεις καὶ ἀπεχθείας· καὶ ὅπως ὁ βασιλεὺς μεταξὺ παρεμπεσὼν τοὺς μὲν θωπείαις καὶ χρημάτων διανομαῖς τοὺς δ' ἀπειλαῖς ὑπηγάγετό τε καὶ τῷ Παλαμᾷ συμμάχους εἶναι πέπεικεν ἀεί, καὶ τόμους τίθεσθαι καινούς, τῆς αὐτοῦ βεβαιωτὰς δυσσεβείας. τῶν μὲν οὖν ἄλλων ἁπάντων πέρι ζητεῖν καὶ διερευνᾶσθαι βούλεσθαι, ἅτε σχολῆς δεόμενα πλείονος, ἑτέροις ἔγνωκα δεῖν ταμιεύεσθαι χρόνοις· αὐτὸς δὲ μόνοις δυσὶ τουτοισὶ τὴν πᾶσαν τοῦ πόθου σπουδὴν περιέκλεισα, τήν τε κάθειρξιν τὴν σὴν μαθεῖν, δηλαδὴ πῶς ἐς τὸ βιαιότερον ἢ κατὰ τοὺς ἄλλους ἐξενηνέχθαι τοῖς ἄρχουσιν εἴη ἐψηφισμένον, καὶ ἅμα τί ἂν εἴη τὰ τοῖς καινοῖς πρὸς τῶν ἐπισκόπων καὶ βασιλέων ἐγγεγραμμένα τόμοις, καὶ ὅτου χάριν αὐτοὶ καθ' αὑτοὺς συντεθεικότες αὐτοὺς αὐτοὶ καὶ κατέχουσι παρ' ἑαυτοῖς, ἀνέκπυστα τἄνδον σιωπῆς μυχοῖς καλύπτοντες καὶ ὑμῖν ἐμφανίζειν οὐ μάλα τολμῶντες.

Περὶ μὲν σοῦ πολλοὶ πολλάκις ἐκ πολλῶν ἐλέχθησαν 35 λόγοι, διάφοροι μὲν εἶναι δοκοῦντες, " πρὸς δ' ἕνα πάντες f. 109 b. βλέποντες σκοπόν. τἀγκώμια τὰ σὰ δηλαδή, ὡς ἐκείνων ἑκάστῳ διαθέσεως ἔχειν πρὸς σὲ συνέβαινε, καὶ ἅμα σχολαστικῆς πρός γε τὰ δρώμενα διανοίας. οἷς γε μὴν ἐς τὰ μάλιστα

rum ipsi perterriti contumelias et inimicitias omnium undecunque in eos conflatas omnino ferre non possent: ut denique Imperator in medios irruens alios blanditiis et largitionibus, alios minis sibi subactos in Palamae partes traxisset et effecisset, ut novos tomos componerent quibus impietatem eius confirmarent. quum vero de ceteris omnibus rebus si quaerere atque percunctari vellem, maiore mihi otio opus esset, in alia tempora id differendum esse putavi atque duabus tantum hisce rebus accuratius explorandis omne studium et operam impendi, ut primum quidem cognoscerem, cur in custodiam atrociorem te quam reliquos includendum esse Imperantes decrevissent: deinde quidnam novis istis tomis ab episcopis et Imperatoribus perscriptum esset et quare eos a se ipsis confectos etiam apud se retinerent, argumentis eorum, ne quisquam ea explorare posset, profunda taciturnitate involutis, neque ad vestram notitiam ea proferre auderent.

De te igitur multi saepe a multis ferebantur sermones, qui quamquam inter se diversi videbantur, ad unum tamen omnes finem spectabant, ad tuas scilicet laudes, prout quisque vel animo in te affectus vel iudicio de rebus, quae geruntur, praeditus erat. qui vero quam maxime Palamam et Coccinum, Heracleae episcopum, frequen-

φοιτῶσι Παλαμᾷ τε καὶ Κοκκίνῳ τῷ Ἡρακλείας ἐπισκόπῳ παρὰ τούτων μαθεῖν ἐναργέστερον ἐξεγένετο, εἴη ἂν ταδί, ἓν μὲν ὅτι Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν τῶν γινομένων ἁπάντων συγγράφοντί σοι σφόδρα φιλότιμον τόγε εἰς σὲ ἧκον, εἰκός, μᾶλλον δ' οὐκ εἰκὸς ἀλλ' ἀνάγκη, καὶ περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν συγγράφειν πολέμων. τίς γὰρ τῶν μηδὲν μηδαμῇ προσηκόντων σοι δημοσίων πραγμάτων, φαίην δ' ἂν καὶ οἰκουμενικῶν, αὐθαιρέτους μόχθους ἀναδεχόμενον βλέπων σε δόξης ἕνεκα διὰ γῆς πλανωμένης καὶ τὸ ἴχνος ἐπὶ σαθροῦ τινὸς καὶ νόθου φάναι κλέους ἐρειδούσης, ἵνα δηλαδὴ μεστὸν σεαυτοῦ τὸν ἐφεξῆς καταλίπῃς αἰῶνα, ὑποψίας ἀθῷον ἀφεῖναι ἀνάσχοιτο, καὶ μηδὲ πᾶσαν ἐνταῦθα μᾶλλον ἰσχὺν καταθεῖναί σε σπουδάσαι λογίσαιτο λόγων τῶν σῶν, ἵνα καὶ τοὺς κλύδωνας τῶν πατρίων δογμάτων, ὅσον ἐφικτόν, διὰ πάσης δημοσιεύσῃ τῆς οἰκουμένης, καὶ ἅμα τοὺς σοὺς ὑπὲρ τούτων ἀγῶνας ἐνδείξῃ, καὶ οὓς ἀεὶ πρὸς τῶν κακοδόξων κινδύνους ἐφίστασαι, παντοδαπῶν ἀπόζοντας θανάτων. ἓν μὲν δὴ οὖν τοῦτο φασὶν αἴτιον τοῦ γε δὴ τῶν ἄλλων μᾶλλον κατὰ σοῦ κινεῖσθαι τοὺς ἀντιθέτους, καὶ τοιούτων σοι διηνεκῶς συσκευάζειν θανάτων
26 κρατῆρας, δεύτερον δ' ὅτι τῶν ἄλλων ἀφρόντιδα βίον καὶ ἄμοχθον οἴκοι διατριβόντων, οὐκ ἠμέλεις ζήλου σὺ καὶ θορύβου παντὸς ἐμπιπλῶν τὰ βασίλεια, νῦν μέν, οὓς εὐγέ-

tantes dilucidius ab ipsis res cognoscere poterant, hasce fere causas afferunt: primum quidem, quod tibi historiam Romanam omnium rerum, quae geruntur, quantum in te est, ambitioso studio conscribenti consentaneum vel potius necessarium sit, etiam de certaminibus ecclesiasticis exponere. quis enim, qui molestum res publicas, quae minime ad te pertinent, et prope dixerim toto orbe terrarum gestas conscribendi laborem te ultro suscipientem videat gloriae causa terram pervagantis et vestigium putida quadam et, ut ita dicam, adulterata fama innitentis, nimirum ut futura saecula tua gloria plena relinquas, te suspicione liberum sinere sustinebit neque potius omnem vim tuorum verborum in eo te ponere arbitrabitur, ut etiam tempestates patriorum dogmatum, quantum fieri possit, per totum orbem evulges simulque tua certamina pro iis suscepta atque pericula, omnes mortes redolentia, ab improbis tibi semper intentata ostendas? Hanc unam esse causam dicunt, propter quam adversarii in te vehementius, quam in reliquos, incitati sint tibique perpetuo mortifera pocula comparent. altera causa est, quod, aliis domi vitam securam et socordem agentibus, tu non cessabas zelo et turbis omnibus implere palatium, quum generis nobilitate et fortunae vicissitudinibus ornatos splendide patrios

νεῖαι καὶ χρόνου τύχαι περιοδικαὶ κοσμοῦσιν, ἔχεσθαι μὲν
λαμπρῶς ἀεὶ τῶν πατρίων διδάσκων ἐθῶν καὶ νόμων, ἀπέ-
χεσθαι δὲ τῶν ἀθέσμων τοῦ Παλαμᾶ καινοφωνιῶν, νῦν δ'
αὐτὸν ἐλέγχων ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ τὸν βασιλέα, καὶ νῦν μὲν
ὁμοῦ τῷ πατριαρχεύσαντι πρὶν Ἰσιδώρῳ, νῦν δ' ὁμοῦ τῷ
δυσσεβεῖ Παλαμᾷ, καὶ νῦν μὲν Ἰουλιανῷ παραβάλλων καὶ
Μαξιμιανῷ, νῦν δ' εἰκονομάχοις καὶ τοῖς τοιούτοις διώκταις.
κἄπειτ' οὐχ ὅπως οὐ τοῖς τοιούτοις ἠρκέσθης, ἀλλὰ καὐτῷ
μακρῷ συνεδρίῳ τῆς ἀτόπου φάλαγγος τῶν ποιμένων ἐκείνων
πεπαρρησιασμένῃ καὶ ἀπαρακαλύπτῳ τῇ γλώττῃ παρεισκυκ-
λῶν οὐκ ἀνίεις καὶ ἐπαναλαμβάνων αὐτά τε ταῦτα, καὶ ὅσα
τούτων παρενείρων μείζω, καὶ προσονειδίζων μάλα γε πι-
κρῶς, καὶ κατὰ σαυτοῦ συχνὰ ποιῶν μανικώτερον, καὶ ταῦτ',
εἴπερ τις ἕτερος, εἰδὼς αὐτόν, ὡς εἴπερ καὶ αὐτῆμαρ κατα-
πέψει, ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ.

Τρίτον ὅτι χλευάζων αὐτοὺς πρὸς ἀπειλῆς ἀνήνεγκας σχῆμα,
λόγοις ἀντιρρητικοῖς καταλύειν τὸν τόμον, ὃν αὐτοὶ νεωστὶ
καὶ λάθρα συνθεῖναι τετολμήκεσαν κατὰ τῆς εὐσεβείας, ἐπαγ-
γειλάμενος. καὶ τέταρτον ὅτι· μακρὸν ἤδη χρόνον τὴν θύρα- 37
θεν πᾶσαν σοφίαν διδάσκοντι πλείστους καὶ παντοδαποὺς
πανταχόθεν συνέβη σοι κτήσασθαι " φοιτητάς, μὴ μόνον f. 110a.
ὅσοι τῶν ἐν δόξῃ γεγένηνται παῖδες, ἀλλὰ καὶ ὅσοι τῶν
ἄλλως μὲν τύχης καὶ βίου καὶ σχήματος ἐχόντων εἰσί, φυ-

mores et leges semper amplecti, illegitimis autem verborum novitatibus Palamae abstinere doceres, in ipsum autem Imperatorem privatim atque publice opprobria iniiceres, modo eum una cum Isidoro, antea patriarchicam sedem obtinente, modo una cum impio Palama, tum cum Galiano et Maximiano, tum cum Iconomachis et eiusmodi persecutoribus comparando. deinde quod hisce non contentus ipsi magno concilio insanae illorum pastorum catervae libera et intimida lingua easdem calumnias identidem ingerere et vel iis maiores interserere acerbissimisque maledictis perstringere atque in temet ipsum saevire non desistebas, quamquam haud sane ignorans, eum, licet ad tempus iracundiam supprimat, attamen ad futurum tempus differre, donec ad finem adducat.

Tertiam causam afferunt, quod eos irridens adeo comminatus es, te orationibus antirrheticis tomum illum refutaturum esse, quem nuper et clanculum contra veram fidem componere ausi fuissent. quartam, quod diu iam profanam omnem sapientiam docendo tibi plurimos undecunque discipulos paraveris, non solum filios in dignitate constitutorum, sed etiam aliorum alia fortuna, vita, conditione praeditorum, egregia omnes natura et ingenio insignes, per quos etiam parentes eo-

σεως δ' εὖ καὶ συνέσεως ἐπεφύκεσαν ἔχοντες· δι' ὧν καὶ τοὺς σφῶν ἐφειλκύσω γονέας, καὶ ἅμα φάναι πάσας καὶ ὁλοκλήρους οἰκίας ὀφείλειν τέ σοι χάριτας, καὶ σοὶ προσέχειν ὅσα καὶ πατρὶ καὶ συγγενεῖ καὶ φίλῳ καὶ τῶν πρώτων καλῶν ὁδηγῷ, καὶ γίνεσθαι διὰ ταῦτα σοι τοὔνομα γνώριμόν τε καὶ θαυμαζόμενον σχεδὸν πανταχῇ, καὶ πείθειν ἱκανὸν ἀλαλήτοις φάναι φωναῖς, ὁμοδοξεῖν σοι πανταχόθεν ἐκείνους ἅπαντας αὐτόθεν ἀβασανίστῳ συγκαταθέσει τῆς γνώμης εὐθύς, καθάπερ τοὺς Πυθαγορείους πάλαι φασὶν ἐκείνους τοῖς τοῦ διδασκάλου ψηφίσμασί τε καὶ δόγμασιν. ἀλλὰ κἂν τῇ μεγίστῃ τῇδε τῶν πόλεων τούσδε μὲν τῶν σῶν φοιτητῶν τοὺς δικαστηρικοὺς κοσμεῖν καὶ διεξάγειν πίνακας, τούσδε δὲ τὰ βουλευτήρια τῆς συγκλητικῆς ἐργασίας, τοὺς δὲ τὰς ὑπερορίους πρεσβείας, καὶ τοὺς μὲν τήνδε τοὺς δὲ τήνδε τῶν εὖ κειμένων τάξεων ἔχειν, καὶ χρείαν πληροῦν τὴν βελτίστην ἑκάστους ἑκασταχοῦ, ὡς ἐντεῦθεν ῥᾷστα καὶ ξὺν οὐδενὶ πόνῳ δύνασθαι φέρειν ἅπαντας, ὥσπερ ἀπὸ τῶν ὤτων δεδεμένους, ἐς τὸ σοί γε βουλόμενον. καὶ εἶναι τοὺς μὲν πλείστους ἐς τὸ συμφανὲς Παλαμᾷ καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν χαλεπαίνοντας ὡς πορρωτάτω που τῆς ἀληθείας καὶ τῶν πατρίων ἐλαύνουσι δογμάτων καὶ νόμων, τοὺς δ' ὑπ' ὀδόντα κατὰ τὸ λεληθὸς διαλοιδορουμένους σφίσι. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἐλλελεῖφθαι μηδένα σχεδὸν ᾧ μὴ κεκινῆσθαι καὶ διασεσεῖσθαι τὴν γνώμην ξυνερρυήκει πρὸς τὴν

rum in tuas traxeris partes. idcirco totas civium familias tibi debere gratiam tibique referre veluti patri et cognato et amico atque ad optima quaeque praeeunti moderatori. hisce rebus tibi nomen celebratum et omnium fere admiratione elatum contigisse, quod per se sufficiat, omnes illos tacitis, ut ita dicam, vocibus eo adducere, ut ultro tecum idem sentiant tibique suffragentur sententia sua non examini submissa eadem ratione, qua Pythagoreos dicunt olim in decreta et placita praeceptoris iurasse; atque omnium urbium maxima tuos discipulos alios iudiciarias tabulas ornare et administrare, alios consilia senatus, alios legationes ad exteras gentes, omnino alium alii magistratui insigni praeesse et unumquemque eorum ubique optime muneris officiis fungi, ut facillime et nullo negotio omnes inde eos tanquam ex auribus tuis suspensos ad tuam voluntatem traducere possis. eorum plerosque manifesto Palamae eiusque sectatoribus infensos esse ut hominibus a veritate patriisque dogmatis et legibus remotissimis, alios mussitantes clanculum iis conviciari, neminem fere denique esse, ut breviter dicam, qui non tua causa praesenti rerum conditione animo commotus et concitatus sit. idcirco metuendum esse, ne civi-

παροῦσαν ὑπόθεσιν διὰ σέ. καὶ φοβεῖσθαι μὲν διὰ ταῦτα καὶ στάσιν δημοτικήν, σοὶ μὲν οὐδαμῇ προσήκουσαν, οὐ μᾶλλόν γε ἢ τοὺς λιθίνους τε καὶ χαλκοῦς ἀνδριάντας οἴκοθεν κεκινῆσθαι πρὸς ὅπλα καὶ μάχας φαίη τις ἄν, σφίσι δὲ μάλα δήπουθεν προσήκουσαν φοβεῖσθαι. οἷς γὰρ ἔργα κα- 20 κίας ἔπεισι δρᾶν, τούτοις δήμιος γίνεται καὶ ἀπαραίτητος κολαστὴς ὁ τοῦ συνειδότος πέλεκυς, ἐγγύθεν ἑστὼς καὶ μαστίζων συχνὰ τὴν ψυχὴν καὶ φόβους ἅπαντας τῷ φανταστικῷ προτιθείς, ὡς ὑποπτεύειν καὶ τὰ ἀνύποπτα καὶ οὗ οὐκ ἦν φόβος οὐδείς, καθὰ τοὺς ἐρημίαις τε καὶ φάραγξιν ἐν ἀφεγγεῖ τε καὶ βαθείᾳ νυκτὶ πλανωμένους πάσχειν συμβαίνει· βάτον γὰρ καὶ πέτραν καὶ φύλλον δρυὸς αὔρᾳ λεπτῇ κινούμενον λῃστῶν καὶ θηρίων ἐφόδους ἡγοῦνται καὶ φρίττουσι, δειλίας ἁπάσης αὐτοῖς περικεχυμένης ἁπανταχόθεν ψευδοῦς. εἰσὶ δ' οἳ καὶ τοῦτ' εἶναι φάσκουσιν αἴτιον τοῦ γε μὴ πλείω τῶν τριῶν ἐκείνων θελῆσαι ποιῆσαι συνέδρια σφᾶς, μηδ' ἐξετάσει δοῦναι κανονικῇ τἀγκλήματα " τούτου, ἵνα μὴ τοῖς f. 110 b. ἅπασιν ἐμφανῆ καὶ σαφέστερα καταστήσαντες κατὰ σφῶν αὐτῶν ἀναστήσωσι, καὶ οὓς πεφόβηνται φόβους πρίν, πάντων φανῶσιν αὐτόχρημα νῦν αὐτουργοί, καθ' ἑαυτῶν αὐτοὶ καθιστάμενοι. ἔτι δὲ καὶ τοῦ μὴ πᾶσιν ἐπ' ἴσης δι' ὄχλου γενέσθαι τοῖς ἀντιθέτοις αὐτοὺς τοῦτ' εἶναι φάσκουσιν αἴτιον, ἵνα δὴ μὴ φωραθῶσιν ἅπαντας κεκτημένοι σχεδὸν πολεμίους

lis exoriatur seditio, qui quidem metus ad te haud magis pertinent, quam si quis statuas lapideas et aeneas sua sponte ad arma et proelia moveri diceret: ad istos vero perquam tales metus pertinent. iis enim, qui maleficia committunt, carnifex quidam et inexorabilis vindex adest conscientia, qua veluti securi animus flagellatur et omnes timores cogitationibus iniiciuntur, ut suspicentur, quae sine suspicione sunt nihilque metuendum in se habent, eadem ratione affecti, qua oberrantes in desertis locis atque faucibus caeca et caliginosa nocte: dumum enim et saxum ac folium levi aura agitatum pro praedonum et ferarum ingressu habent atque cohorrent, falsa et inani undecunque circumventi timiditate. sunt autem praeterea, qui dicant, hoc in causa esse, cur plura quam tria ista concilia facere et criminationes istius canonicae disquisitioni subiicere nolint, ne omnibus eas ita perspicue atque clarius cognoscentibus, in se ipsos omnes concitent et ne, quibus timoribus antea vexati sunt, eos revera nunc sibi ipsi faciant, dissidio inter ipsos exorto. quod ad id attinet, quod non omnibus suis adversariis pariter negotia facessunt, eius rei causam etiam esse dicant, ne ita appareat, omnes fere homines perversis eorum novitatibus infensos esse. haec igitur quartam causam, cur tu gravioribus iniu-

ταῖς ἀτόποις καινοφωνίαις αὐτῶν. τέταρτον μὲν οὖν αἴτιον τοῦ σὲ βαρύτερα πρὸς τῶν δυσσεβῶν ὑφίστασθαι τοῦτο φασίν· προστιθέασι δὲ καὶ πέμπτον ἐπὶ τούτοις, ὅτι προειρηκότων ἐκείνων ἐκ τῆς τῶν συνήθων ὀνείρων Πυθίας καὶ τοῦ σφῶν τοιούτου μαντικοῦ τρίποδος, ὡς εἰ τοῖς σφῶν βουλήμασι πειθόμενος ὁ βασιλεὺς θείη παρελθὼν ἐπὶ τῆς μυστικῆς τοῦ θυσιαστηρίου τραπέζης τὸν σφέτερον τόμον, λήψεται πάντ' ἐν βραχεῖ τά τε ἑῷα τῆς γῆς καὶ τὰ ἑσπέρια, καὶ πάσης ἄρξει σχεδὸν θαλάσσης ἅμα καὶ γῆς, ἐμφανῶς τἀναντιώτατα μάλιστ' εἰρήκεις αὐτός, κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν φωνὴν τὸν λόγον προενεγκών, ὡς ὅταν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ, ἐρημώσεως βδέλυγμα φάσκων τὸν τόμον, γινώσκετε ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις τῶν Ῥωμαϊκῶν
89 πραγμάτων, καὶ εἴ τις εἴη περίχωρος. βλέποντας οὖν εὐθὺς κατὰ πόδας εἰπεῖν ἀπαντήσαντα τοῦ τε σφετέρου ψεύδους τὸν ἔλεγχον καὶ ἅμα τῆς σῆς ἀληθείας τὸ κράτος, ἔπεται καταδύεσθαι ὑπ' αἰσχύνης αὐτούς, οὐκ ἔχοντας ὅλως ἑστῶσιν ὁρᾶν ὀφθαλμοῖς οὐδένας ἀνθρώπων, οὔτε στόμα μετά γε τῆς πρὶν ἀναιδείας ἐκείνης φθεγγόμενον. διὸ καὶ "δεῦτε καὶ ἐξολοθρεύσωμεν αὐτόν" λέγοντες, σιγώσας ὁπλίζουσι δεξιὰς κατὰ σοῦ, δυοῖν θάτερον συσκευάζοντες, ἢ τῇ λύπῃ δαπανηθέντα σε, μετά γε τῶν συνήθων πόνων τῆς κεφαλῆς καὶ τῆς ἄλλως νῦν ἐπενεχθείσης σοι καχεξίας, βίᾳ τελευτῆσαι τὸν βίον, ἢ λάθρᾳ

riis ab impiis afficiaris, afferunt. quintam vero addunt, quod, istis ex solitis somniorum vaticiniis et tripode suo fatidico praedicentibus, imperatorem, si suis consiliis obsecutus adyti altari suum tomum imposuisset, brevi orientales, et occidentales partes terrae capturum omnisque fere maris et terrae imperium impetraturum, tu manifesto contraria prorsus pronuntiaveris secundum evangelicam vocem verba proferens: „quando videbitis abominationem desolationis stantem in loco sancto (abominationem autem desolationis appellabas tomum), cognoscite, appropinquare imperii Romani desolationem et cuiusvis, qui vicinus erit.“ quum igitur videant, refutationem suorum mendaciorum e vestigio sequi et tuorum dictorum veritas, quam sit valida atque efficax, non ignorent, sequitur iam, ut prae pudore sese abdant in occultum, ut qui omnino non rectis atque fixis oculis quemquam adspicere neque ore pristinae impudentiae vociferari possint. quare clamantes: „agite dum, disperdamus eum!“ armis contra teotacite instruunt dextras, alterum ex duobus parantes, ut aut maestitia simulque capitis doloribus, quibus laborare soles et mala valetudine, qua nunc vexaris, confectus et absumptus vi finias vitam, aut ut nonnulli eorum furtim irrepentes, magna solitudine tuum domicilium obtinentes,

σφῶν παρεισπεσόντες ἔνιοι, μακρᾶς ἐρημίας ἐπιχωριαζούσης κατὰ τὸν οἶκον τὸν σόν, διὰ βρόχου θάνατον ἐπενεγκεῖν σοι πρὶν τῶν ἁπάντων αἴσθεσθαί τινα. ὃ καὶ Παῦλον τὸν πατριάρχην πάλαι φασὶ πεπονθέναι πρὸς τῶν ὁμοίων αὐτοῖς κακοδόξων, καὶ πλείους ἄλλους πρό γε δήπουθεν αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτόν. εἶναι γάρ φασι τουτὶ βιαιότερον καὶ σφόδρα τάχιον τῆς τοῦ κωνείου κύλικος, οὗ Σωκράτην πάλαι πιεῖν Ἀθηναίων καταψηφισάμενοι παῖδες, ὁρώντων τῶν φίλων, τῆς παρούσης ἀπήλλαξαν ζωῆς. καὶ τοῦτ' εἶναι φάσκουσιν οἱ πλείους ὃ τὴν τοσαύτην ἐρημίαν ἐπάγειν σοι σφᾶς προσηνάγκασεν, ἵνα δρῶσιν ἀδεῶς ἃ δρᾶν τοιούτοις δεῖ φονευταῖς.
φέρε τοίνυν, εἴ τί σοι πρὸς βουλήσεως εἴη τῶν φίλων ἐνίοις 40
ἐνιαχοῦ μηνύειν ἀπόρρητον, ἐμοὶ προσανάθου πρὶν τοῖς τῶν τοιούτων θανάτων ἁλῶναι δικτύοις· ἐγὼ γάρ σοι καὶ Πυλάδης ἔσομαι πιστός, ἐγὼ καὶ φύλαξ ὧν ἀνέκπυστα φυλάττειν χρή. δυοῖν γὰρ ἔσται μοι θάτερον· ἢ γὰρ σοὶ κἀγὼ συντεθνήξομαι, " καὶ τάφος ἔσεται κοινὸς ἀμφοῖν ὁ παρὼν f. 111 a.
οἶκος ἡμῖν, ἢ κατὰ τὸ λεληθὸς προαναστειλάντων με τῶν φονευτῶν καὶ φυγάδα ποιησαμένων με, πᾶσαν ἂν διέλθοιμι γῆν τε καὶ θάλασσαν, ἡλίῳ καὶ ἀστράσιν ἀπαγγέλλων τὴν ἀδικίαν ταυτηνί, καὶ τὴν ἀγνώμονα μαστίζων τῇ γλώττῃ τῶν σῶν φονευτῶν δεξιάν, καὶ τραγῳδίαν θεατρικὴν τά τε τῆς ἐκκλησίας καὶ τὰ σὰ πανταχῇ τιθέμενος διηγήματα.

laqueo tibi necem inferant, nemine sentiente, id quod etiam Paulus patriarcha ab hominibus pari nequitia praeditis olim perpessus esse dicitur multique alii et ante eum et post eum. hoc enim multo violentius atque efficacius esse dicunt, quam cicutae poculum, ad cuius sorbitionem ab Atheniensibus quondam Socrates damnatus praesentibus amicis vita discessit. hanc causam esse plurimi dicunt, quae istos appulerit, ut te in tanta solitudine collocarent, nimirum ut secure perpetrarent, quod tales interfectores perpetrare debent. agedum igitur, si tibi volenti est nonnulis ex tuis amicis interdum secretum quoddam revelare, mihi id credas, priusquam eiusmodi mortium laqueis irretiaris. ego enim tibi fidelis Pylades ero, ego custos eorum, quae fideliter servari neque enunciari debent. alterum enim ex duobus mihi usu veniet: aut tecum commoriar et haec domus commune nobis erit sepulcrum, aut, interfectoribus me furtim reprimentibus et fugantibus, omnem terram atque mare pervagans soli stellisque hanc iniuriam pronuntiabo et insanam tuorum sicariorum violentiam voce flagellabo atque ubique quasi tragoediam in scena ecclesiae fortunam tuamque sortem enarrabo.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΛΟΓΟΣ ΚϚ.

Περὶ μὲν οὖν δὴ ὧν ἐξεγένετό μοι μαθεῖν τοῖς ἐχθροῖς τουτοισὶ μεμηχανημένων ἐπιβουλῶν κατὰ σοῦ, καὶ δι' ἃ μάλιστα πάντων ἐπὶ σὲ τὸ ἀντίπαλον ἅπαν ὁλοσχερέστερον ὥρμηται μέρος, φόνου πνέον καὶ ποικίλων θανάτων μελέτας ἔχον, ταῦτα ἐστί. περὶ δὲ τοῦ καλουμένου τοῖς Παλαμίταις τόμου, καὶ ὅσα τούτῳ καὶ οἷα ἐγγέγραπται δόγματα, εἰ πάντα μοι διεξιέναι βουλομένῳ γε εἴη, πολλοῦ μέντ' ἂν οἶμαι δεήσειν τοῦ χρόνου, πολλῆς δ' αὖ τῆς σχολῆς, ἣ ἂν ἀπηλλαγμένη παντάπασιν εἴη πραγμάτων καὶ ἀωρίας ἁπάσης. φασὶ γὰρ οἷς διεξιόντων ἐκείνων ἀκηκοέναι τετύχηκε, μηδὲν μηδαμῇ μήθ' ὑγιὲς μήτ' ἀληθείας ἐχόμενον εἶναι ἐκεῖ, μήτε μὴν οὐδέν, οὔθ' ἃ λελάληται μήθ' ἃ πέπρακται, μεμνῆσθαι μηδενὸς καθά τε λελάληται καὶ καθὰ πέπρακται, ἀλλ' ὥσπερ ἂν εἰ οἱ τὰς Ἀτλαντίδας οἰκοῦντες νήσους, αἵτινές ποτ' ἄρ' εἶεν ἐκεῖναι, πολλὴν παρεχόμεναι τὴν αὐτονομίαν τῇ

EIUSDEM NICEPHORI GREGORAE HISTORIAE ROMANAE LIBER.

„Haec igitur sunt, quae cognoscere potui de insidiis, quas inimici tui in te machinati sint deque causis, ex quibus universa adversariorum factio necem anhelans variasque mortes animo volutans maxime te aggrediatur. de tomo autem Palamitarum, quem dicunt et de dogmatis, quae et qualia in eo perscripta sint, si omnia persequi vellem, longo, opinor, tempore, magno otio omnibusque negotiis et incommodis vacuo opus foret. dicunt enim, quibus contigit, ut illos de eo exponentes audirent, nihil sani, nihil veri in eo inesse neque prorsus quidquam, quod dictum quodve factum sit, ullam rationem habere eius, secundum quod dictum factumve sit, sed Palamitas talia portenta suo tomo conscripsisse neque omnino aliter egisse, quam quum incola insularum Atlantidum, quaecunque eae sunt, quae de earum statu ac conditione in explorata ementiri volentibus magnam prae-

γλώττῃ τῶν ἀνέλεγκτα ψεύδεσθαι περὶ τῶν ἐκεῖ βουλομένων, οὔτ' ἰδόντες οὔτ' ἀκούσαντες τῶν ἐνταυθοῖ μηδέν, παρελθόντες οὖν εἰδέναι διετείνοντο βέλτιον ἡμῶν περὶ τῶν ἐνταῦθα καὶ διεμυθολόγουν τερατώδη τινὰ καὶ ἀλλόκοτα διηγήματα, οὕτω καὶ οἱ περὶ τὸν Παλαμᾶν ἐπεπράχεσαν καὶ τοιαῦτα τῷ οἰκείῳ ξυνέθεσαν τόμῳ. ἃ γὰρ ἐβούλοντο γενέσθαι μέν, οὐ 2
γεγένηνται δέ, καὶ ἃ λέγειν ἐβούλοντο μέν, οὐ δεδύνηνται δέ, τῶν παραχρῆμα ἐλέγχων τοῖς μὲν ἐντυγχάνοντες ἤδη τοὺς δ' ὑποπτεύοντές γ' ἔτι, ταῦτα δὴ μετὰ πολλῆς ἐξέθεντο τῆς αὐθαδείας ἐκεῖ, τῇ τοῦ καιροῦ ῥοπῇ τὸ ἀνέλεγκτα ψεύδεσθαι μάλα τεθαρρηκότες, καὶ τό γε παρὰ σφίσιν αὐτοῖς ἀνέκφορα ἔχειν αὐτὰ καὶ ἡμῖν ἀθέατα. φασὶ δ' οὖν Παλαμᾶν τά τε ἄλλα πρὸς ἀπάτην δρᾶν τῶν ἁπλουστέρων, καὶ θεραπείας δῆθεν τῶν σκανδαλιζομένων κατ' αὐτοῦ ἐπισκόπων. καὶ μὲν δὴ καὶ τῶν αὐτῷ βλασφημηθέντων ἔνια κόπτοντά τε καὶ ξέοντα, ξυντιθέναι νῦν ἐν ἄλλαις λέξεσι τὸν βλασφημοῦντα νοῦν τοῖς νέοις τόμοις αὐτοῦ, ἅτ' οὐκ εἰδέναι τῶν ἐπισκόπων ἐχόντων πλέον οὐδὲν ἢ ὅτι ἔξεσται ἃ κακῶς τέθειται, οἷα δ' ἃ μὲν ἔξεσται οἷα δ' αὖ ἃ τέθειται τὴν δύναμίν ἐστι, τούτων δ' οὔτ' ἐπαΐειν ὅλως οὔτε φροντίζειν. προφέρειν γὰρ καὶ γραφικὰς λέγεται μαρτυρίας, οὐχ ὡς ἔχουσιν ὑγιείας, ἀλλὰ παραφθείροντα πῇ μὲν ταῖς ἐντομαῖς καὶ παραλλάξεσι, πῇ δὲ ταῖς || παρεξαγω- f. 111 b.
γαῖς ὁμοῦ τε καὶ παρεξηγήσεσιν. ὧν, εἰ βουληθείης, οὐκ ἂν

bent licentiam, iam nulla nostrarum rerum parte aut visa aut audita se melius quam nos eas cognovisse contenderent atque monstrosas et portentosas fabulas confingerent. quas enim res evenisse quidem volebant, factas vero esse non videbant aut quas dicere quidem volebant neque vero, quum aut statim iam refutationes adessent aut non longum abesse suspicarentur, dicere poterant, eas tamen omnes magna cum arrogantia in eo exposuerunt temporis opportunitate inexplorata mentiendi valde freti et se tomum, ut nobis eum inspicere non liceret, apud se reservare posse confisi. dicunt autem Palamam ad fraudem simpliciorum et ad conciliationem episcoporum ei offensorum quum alia facere, tum quasdam blasphemias diffingentem atque eradentem nunc aliis verbis blasphemas sententias novis tomis componere quippe quum episcopi nihil amplius scire possiut, quam erasa esse, quae male posita erant; quam autem vim vel erasa vel posita habeant, id nec intelligunt nec curant. testimonia etiam ex sacris scripturis proferre dicitur, non illa quidem sana atque integra, sed partim incisionibus et commutationibus, partim fallacibus et pravis interpretationibus corrupta. quorum, si tibi volenti est, equidem non cessaverim, tibi otium

ἔγωγ' ὀκνήσαιμι σχολὴν ἄγοντι νῦν προφέρειν ἔνια καὶ προτιθέναι σοι βραχείας τινὸς ἀντιρρήσεως πρόφασιν.

B Τῷ μὲν δὴ τόμῳ ἐκείνῳ τῆς ἀντιθέτου δυνάμεως, Ἀγαθάγγελε, νῦν ἀωρίαν εἶναι μακρὰν ἀντιλέγειν, σκοπῶν ἀκριβῶς οὐδ' αὐτὸς ἀρνηθείης ἄν· πολλοὶ γὰρ ἡμᾶς ἐλλοχῶσι πολέμιοι, τὰς κύκλῳ παρόδους ἀκριβῶς κατέχοντες, καὶ πολλοὶ τῆς ἡμετέρας γλώττης ἐπίβουλοι κάθηνται, ἔφεδροί τινες εἰπεῖν φρουροὶ καὶ ἡμεροσκόποι, ἴνδαλμά τι ζητοῦντες προφάσεως οἱασοῦν εἰληφέναι, ἵν' ἡμᾶς ἀναιδέστερον ὑβρίσαντες ὁμοῦ καὶ τῆς παρούσης ζωῆς ἀπαλλάξωσι, καὶ δόξωσι λατρείαν προσάγειν τοῖς νῦν ἡγεμόσι. κἀμοὶ μὲν θανάτου μέλει οὐδ' ὁτιοῦν· συμφυὴς γάρ, καὶ εἰ μὴ τήμερον, ἀλλ' αὔριον ἴσως ἀδήλοις ποσὶν ἐπικείσεται. τῶν δ' οὖν διωκόντων φειδοί, μὴ πρόφασιν ἡμᾶς ποιούμενοι τὴν θείαν αὐτοὶ καθ' αὐτῶν ὀργὴν ἐρεθίζωσι, τούτων δ' οὖν ἕνεκα σιγᾶν ἀνάγκη, καὶ μάλισθ' ὅτι μηδ' ἀνὰ χεῖρας ἔχειν ἡμᾶς ξυνεπεπτώκει τὸν τόμον ἐκεῖνον, ἵνα πάντως βέβαια καὶ μὴ κωφὰ τὰ προβαλλόμενα ᾖ. ἐπειδὰν δ' ὁ τῆς αἰθρίας ἀναλάμψῃ καιρὸς καὶ ἡ προσήκουσα τῇ γλώττῃ παρρησία προσγένηται ξύν γε θεῷ, τότε δὴ κἀγὼ μετὰ σχολῆς ἀναλαβὼν θρηνήσω τὸν νεκρόν μου, καὶ τότε κλαύσομαι πικρῶς ἐπὶ τὸ σύντριμμα τοῦ γένους μου, καταδέσμοις φάναι καὶ φαρμάκοις ἰατρικοῖς τισὶ τὴν τοῦ τοσούτου πάθους ὡς οἷόν τε πειρώμενος φλεγμονὴν

agenti nonnulla proferre et brevis cuiusdam refutationis causa proponere.

Refutationem tomi factionis adversariae, Agathangele, nunc quam maxime intempestivam fore, accurate si rem perpenderis haud diffiteberis; multi enim inimici nobis insidiantur, omnes circumcirca aditus diligenter custodientes, et multi nostrorum verborum captatores assident tanquam stationes et excubiae, causae aliquid simile quaerentes, ut impudenter et contumeliose nos tractatos vita insuper privent. atque iis, qui nunc rerum potiti sunt, officium quoddam praestitisse videantur. mihi quidem mors minimae curae est; fatalis enim est et si non hodie, at fortasse crastino die incertis gradibus nos invadet. persecutoribus vero quoniam parcere volumus, ne nostra causa divinam in se iram concitent, necesse est tacere, praesertim quum ne in manibus quidem habeamus tomum illum, ut refutatio omni ex parte firma neque debilis atque obtusa foret. simulac vero serenitatis explendescet tempus et iusta linguae licentia deo adiuvante suppetet, tunc ego in otio corpus meum mortuum reficiens lugebo et generis mei contritionem acerbe deflebo, alligamentis, ut ita dicam, et medi-

θεραπεύειν. περί γε μὴν τῶν νῦν ἐπισκόπων, οὐ χρή σε θαυμάζειν 4 ὅτι μηδὲ τὰς πρώτας ἀρχὰς τῶν στοιχείων οἱ πλείους ἴσασιν ὑγιῶς συντιθέναι, τοῖς πολλοῖς γοῦν τῶν βρεφῶν καὶ νηπίων ἐπ' ἴσης, ἀλλ' ἀγροικότερον τρόπον τὰ τῶν θείων δογμάτων . . . τὴν πᾶσαν κενοῦσι σπουδήν. οὐδὲ μεταπείθειν πειρᾶσθαι μηδένα, μηδὲ συναναμίγνυσθαι τούτων οὐδέσι μηδ' ὁτιοῦν· μεστοὶ γὰρ ἅπαντες ὑποψίας. καὶ ὅσον ἐς τὸ καλὸν κἀγαθὸν τυφλῶς τε ἔχουσι καὶ ἀμαθῶς, τοσοῦτο δολιότητός τε καὶ φθόνου μεστοί. καὶ ῥᾶστα παριόντες διαβαλοῦσί σε πρὸς τοὺς ἡγεμόνας. πολλοῦ γὰρ εἶναι δεῖν τῇ τούτων παραβαλεῖν κακίᾳ πᾶσαν παλαιῶν τε καὶ νέων ἀνδρῶν κακοτρόπων κακίαν. εἰ δὲ μὴ ῥᾴδιον ἐκ πρώτης συνορᾶν ὁμιλίας μηδὲ τοῦ τῷ κριτικῷ τῆς ψυχῆς ταμιευομένου δικαστηρίου τὰς ψήφους ἀνακύπτειν εὐθὺς ἐλευθερίας καὶ ἀδεκάστους, ἀλλ' οὖν διὰ τῆς τοῦ χρόνου πείρας ἔξεστιν ἴχνη λαμβάνειν τινά, τῆς φύσεως οἷον ἀναδιδούσης ἀμυδρὰς εἰκασίας, οὐκ ἐκ προνοίας μέν, ἐκ τοῦ παρήκοντος δ' οὖν, ἐν οἷς ἐνίοτε καὶ ἡ γλῶττα λανθάνουσα προδότις ἀκούσιος γίνεται τῶν τῆς ψυχῆς ἀπορρήτων ἀρρωστημάτων, θυμοῦ τινὸς ἐρεθίζοντος ἴσως καθάπερ πνεύματος τὴν ψυχήν, ἢ πραγματικῆς οἵας δή τινος ἔξωθεν ἐπιρροῆς καὶ ἀδοκήτου φορᾶς. ὁπόσαι γὰρ τῶν σω- 5 ματικῶν '' χρωμάτων τε καὶ σχημάτων αἱ παραλλάξεις εἰσὶ f. 112 a. τοῖς ἀνθρώποις, τοσαῦται καὶ τῶν ψυχικῶν ἕξεων αἱ δια-

camentis huius vulneris inflammationem, quantum fieri poterit, curare tentans. quod attinet ad episcopos, qui nunc sunt, non debes mirari, quod ne prima quidem elementorum principia plerique prudenter componere sciunt, multis illi quidem rebus parvulis infantibus similes, sed rudius in divina dogmata suum omne studium impendunt. ne eorum quemquam in meliorem sententiam deducere conemur neve cum quoquam vel minimam consuetudinem ineamus! pleni enim omnes sunt suspicione et quanta ad res honestas et bonas caecitate et inscitia praediti sunt, tanta fraudulentia et invidia scatent atque facillime te apud principes criminabuntur. multum enim abest, ut cum istorum nequitia conferri possit vel veterum vel recentiorum malitia et improbitas, quam etiamsi non facile sit ex prima eorum conversatione cognoscere, ut, quaenam in animis eorum iudicia recondita sint, protinus ingenua et incorrupta suffragia evadant, attamen temporis procedentis exploratione vestigia quaedam tenere licebit, natura indicia quaedam obscura non consulto, sed obiter edente; interdum etiam lingua sua sponte clam prodit animi arcana vitia affectu quodam fortasse tamquam flatu aut vi quadam efficaci extrinsecus illata et inopinata

φοραί. καὶ τοῦτ' εἰς ἀπειρίας ἴδοις ἂν ἐκτεῖνον τοὺς δρόμους πελάγη, στάσιν ἀληθῶς οὐ δυνάμενον οὐδαμῇ ποτὲ γνώσεως ἔχειν. πᾶσάν τε γὰρ ὑπερβαίνει σχολαστικὴν ἀνθρώπων σοφῶν ἐπίνοιαν, καὶ πάσας ἄρδην ἐπιστημονικὰς καὶ τεχνικὰς μεθόδους μακρὸν καὶ ἡδύ τι γελώσῃ περιφανῶς ὑποτίθησι χλεύῃ. ἦ γὰρ ἂν οὐδ' ἐλαχίστου σφίσιν ἔδει διερευνᾶν ὅστις ἂν εἴη λόγος τῶν τῆς ψυχῆς βραβευτὴς ἀσφαλὴς ἀπορρήτων. οὐδ' ἂν οὐδέσιν ἔδει τοῦ λοιποῦ τῶν ἔξωθεν ἠθῶν καὶ χρωμάτων, ἀφθόγγοις ταυτὶ φωναῖς ἀναδιδασκόντων, ἀμυδρῶς μὲν πρότερον τελεωτικῶς δ' αὖ προχωρούσης τῆς πείρας, ὡς εὐχερέστερόν πως ἔχειν ἤδη κἀπὶ τὰς πρώτας αἰτίας καὶ διαλήψεις ὅπως ποτὲ τῶν τῆς ψυχῆς χρωμάτων καὶ διαθέσεων παραπέμπειν, κἀπί τι γνώριμον ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν ἀεὶ ἀναφέρειν τὸν τῆς συνεχοῦς εἰκασίας εἱρμόν, καὶ ἐπερείδειν τοῖς πρώτοις ἴχνεσι τὰς κατόπιν ἐφόδους τῶν ἀναλογισμῶν. ὁρῶν γὰρ ὡς κἀκ τῶν οἰκείων οὐδὲν οὐδαμῇ οὐδενί ποτε οὐδ' αὐτοί γε ἐγκαλλωπίζεσθαι ἔχοντες ἐπὶ τἀφανὲς καταφεύγουσι τῶν ὀνείρων, τοῖς τὰς τραγῳδίας γράφουσιν ἥκοντες ἐς ταὐτόν, οἷς αἱ καταστροφαὶ καὶ ἐσχατιαὶ τῶν δραμάτων θεοῦ τινὸς ἐκ μηχανῆς προσδέονται, μὴ δυναμένοις ῥᾳδίως ψευδῶν καὶ παραλόγων προτάσεων ὑποθέσεων εὐφυὲς ἐπάγειν τέλος. καὶ οὗτοι γὰρ τὰ

concitatione animum impellente. quot enim sunt hominibus corporis colorum et habitus mutationes, tot etiam animi affectuum differentiae, quos in infinitum et immensum extendi facile videris, ita ut cognitio revera nunquam certum quendam statum obtinere possit. ea res enim omnem virorum sapientium eruditionem et cogitationem superat et omnes omnino rationes doctrinae artisque illudit et tanquam vehementi atque dulci risui manifesto supponit. haud minimae profecto curae iis debebat esse, perscrutari, quanam ratione reconditi animi sensus certo diiudicari possent. tum quidem nemini in futurum opus esset externis moribus et coloribus, qui tacitis quibusdam vocibus de iis nos edocent, initio quidem tecte atque obscure postremo autem procedente exploratione iam facilius etiam ad primas causas et institutiones colorum et habitus animi ducunt atque sensim paulatimque continuae comparationis ordinem illustrant primisque vestigiis insequentem observationum cursum superstruunt. ad incerta somnia confugiunt eodem more, quo tragoediarum scriptores in conversionibus et exitu fabularum deo quodam ex machina opus habent, quum ipsi non facile propositionum falsarum et rationi non consentanearum finem aptum adducere possint. atque isti quoque falsas ex somniis praedi-

κέρατα τῶν ψευδῶν ἐξ ὀνείρων προρρήσεων εἰς τοὐναντίον ὁρῶντες ἰόντα, τὸ τῶν ὀνείρων αὖ αἰτιῶνται ἀμφισβητήσιμον. ἡδέως δ' ἂν ἔγωγ' ἐροίμην αὐτούς, πῶς τοῖς αὐτῶν ἔργοις ἐναντιοῦται θεός, καὶ τὰς τῶν προρρήσεων ἐκείνων ἐλπίδας ἀεὶ στρέφει πρὸς τἀναντία, καὶ μάλισθ' ὅτε τῇ σφῶν δυσσεβείᾳ καθ' ἡμῶν τὸ κράτος ἡ βασιλεία παρέχει τερανώτερον· τότε γὰρ καὶ ζημίαι προσγίνονται, βασιλεῦσι μὲν περὶ τὰ φίλτατα, Ῥωμαίοις δὲ κοινῇ περὶ τὰς πόλεις καὶ τὰ δημόσιά τε καὶ καθ' ἕκαστα πράγματα, καὶ ναυαγίων οἷον ἐμπίπλαται πάντα καὶ κινδύνων παντοδαπῶν· ἐχρῆν γὰρ εὐδαιμονίαν ἀποδιδόναι σφίσι πραγμάτων καὶ πλάτος ἀρχῆς, ἅτ' ἐκδικηταῖς τῶν πατρίων ἐθῶν καὶ δογμάτων καθισταμένοις καὶ κολασταῖς τῶν ἀνόμων, καὶ μὴ μᾶλλον παρὰ τοσοῦτον αὔξειν τὰ χείρω παρ' ὅσον αὔξην αὐτοὶ τοῖς καθ' ἡμῶν παρέχουσι διωγμοῖς. δυοῖν γὰρ ἕποιτ' ἂν θάτερον, ἢ τὸν θεὸν ἄδικον εἶναι νομίζειν ἐναντιούμενον τοῖς, ἅς αὐτοί γε δήπου φαῖεν ἄν, ὑπερμαχοῦσι τῶν θείων δογμάτων, ἢ δίκαιον ὄντα, σφίσιν ἄδικα δρῶσι περιφανῶς ἀντιπράττοντα, πράττειν καλῶς, ἵνα τοῖς ἀσυνέτοις ἐγγίνηται σύνεσις καὶ τῶν καθ' ὑμῶν αὐτοῖς πραττομένων μετάνοια. ἀλλ' ὁ νοῦς αὐτῶν εἰς ἀπόνοιαν ἐμπεσὼν ἐκτετύφλωται, καὶ σύνεσιν πᾶσαν καθάπαξ " ἀπεί- f. 112 a.
παντο.

Ἀλλὰ γὰρ ἐπειδή περ οὔπω καὶ τήμερον τοῖς τοῦ Πα- 7

ctiones contrarium exitum sortiri quum videant, somniorum rursus accusant ambiguitatem. lubenter vero equidem eos rogaverim, qui fiat, ut deus eorum facinoribus adversetur et semper spes ex praedicationibus conceptas in contrarium vertat, quum praesertim eorum impietati in nos imperatores maiorem atque evidentiorem vim addant. imperatores enim rebus carissimis orbantur, Romanorum urbes resque publicae atque privatae detrimenta capiunt, omnia veluti naufragiis omnique discriminum genere implentur. debebat vero deus iis rerum felicitatem et imperii amplificationem praebere, utpote patriorum institutorum atque dogmatum vindicibus et illegitimorum castigatoribus. neque vero iis eo maiores calamitates infligere, quo magis nostram persecutionem intendunt. ex duobus enim alterum necessario consequitur, ut aut deus iniustus habeatur, quum divinorum dogmatum defensoribus, quo nomine sese ipsi facile appellaverint, adversetur aut ipse iustus iis iniuste agentibus quum sese manifesto opponat, bene faciat, ut imprudentibus prudentiam et eorum, quae in nos commiserunt, poenitentiam iniiciat. sed mens eorum in dementiam praeceps delata omnem omnino exuit prudentiam.

Sed quoniam nondum usque hodie, quum peregrinatus fueris,

λαμᾶ δυσσεβέσιν ἐντετύχηκας γράμμασιν ἔκδημος σύγε ὤν, ἑνὸς ἐγὼ καὶ δυοῖν τῶν ἐκείνου νῦν ἐκ τοῦ σχεδὸν μνησθεὶς ἀπαλλάξομαι, ἵν' ὡς ἐκ κρασπέδου τὸ ὕφασμα, γνοίης ἂν καὶ αὐτὸς ὅπως ἐκ μοχθηροτέρων ἐκεῖνος προλήψεων, σπερματικῶς ἐγκειμένων ταῖς ἐκτετυφωμέναις αὐτοῦ διανοίαις, δῆμον τοσαύτης κακίας ὁ κάκιστος ἐξηρεύξατο. ἐπεὶ γὰρ μετὰ πολλούς τινας δρόμους βίᾳ καὶ μόλις τῆς ἐς Θεσσαλονίκην εἰσόδου τετύχηκεν, ἐῶ λέγειν ὁπόσα θεόθεν ἐδείχθη σημεῖα τὴν εἴσοδον αὐτόχρημα τούτου χλευάζοντα καὶ ἀποτρεπόμενα· ἔστι γὰρ ἁπάντων διηγουμένων ἀκούειν συχνά· ἐς δὲ τὸ θεῖον τέμενος τὴν ἱερὰν σὺν ἄλλοις ἱερεῦσι τελοῦντος θυσίαν, κατὰ γῆς κενωθῆναι συνέβη τὰ δῶρα τοῦ θείου κρατῆρος. πάντων οὖν καταπεπληγμένων ἐπὶ τῷ γεγονότι, μὴ θορυβεῖσθαι παρῄνει, εἰ γὰρ τὸ τοῦ Χριστοῦ, φάσκων, τότε χεθὲν αἷμα τοῖς Ἰουδαίοις καταπεπάτηται, καινὸν οὐκ ἂν εἴη τὸ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἁγιαζόμενον τοῦτο πάσχειν ταὐτὰ κατὰ σύμβασιν οὑτωσίν. ὁρᾷς οἵας προλήψεις ἔχων ἐκ πολλοῦ πεφώραται κἀν τούτῳ· οὐ γὰρ δὴ σῶμα γίνεσθαι καὶ αἷμα Χριστοῦ κατ' ἀλήθειαν οἴεται τὸ διὰ τῶν θείων τῆς ἱερουργίας εὐχῶν ἁγιαζόμενον, ἀλλ' ὥσπερ ὑφειμένον εἶναι λέγει θεὸν τὸν υἱὸν καὶ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἕτερον ἐν πολλοῖς τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων, οὕτως ἔτι τοῦ ἱεροῦ σώματος ἐκείνου τοῦθ' ὑφειμένον καὶ πολλῷ διάφορον ἐκείνου, καὶ

impios Palamae libros legeris, unius ego vel duarum rerum breviter mentione facta dicere desistam, ut quasi ex fimbria textum ipse rationem cognoscas, qua iste ex nefariis opinionibus animo fastu tumente insitis atque innatis tantae improbitatis molem improbissimus evomuerit. quum enim multos quosdam post cursus Thessalonicae introitum vix atque aegre nactus esset, omitto dicere, quanta divinitus data sint signa introitum eius statim deridentia atque aversantia. id enim ex cuiusvis sermone accipi potest. quum vero, eo in sancto templo cum ceteris sacerdotibus divinam rem faciente, accideret, ut sacri calicis dona in terram effunderentur omnesque ob hanc rem essent stupefacti, ipse bono eos animo esse iubet dicens, si olim Christi sanguis profusus ab Iudaeis conculcatus sit, non sane mirum esse, si idem huic sanguini ab hominibus consecrato sic fortuito accidat. vides, qualibus iam diu opinionibus deditus etiam in hac re deprehendatur. non enim panem atque vinum sanctis sacerdotum precibus consecratum verum corpus et sanguinem Christi fieri credit, sed, ut filium inferiorem deum esse et a patris substantia diversum in multis suorum librorum dicit, ita etiam hocce inferius esse sancto illo

μὴ εἶναι δήπουθεν καινὸν εἰ περιφρονοῖτο τοῦθ' ὑφ' ἡμῶν ὡς ἐκεῖνο πάλαι τοῖς φονευταῖς Ἰουδαίοις ἐκείνου. ἓν μὲν δὴ τοῦθ' ἱκανὸν ἐπὶ τὰς πρώτας αἰτίας καὶ διαλήψεις τῶν ἀφανῶν ἀρρωστημάτων τῆς ἐκείνου ψυχῆς ἀναφέρειν σου τὴν διάνοιαν καὶ ἐπερείδειν ὡς ἐπὶ θεμελίῳ τὰς κατόπιν ἐφόδους τῶν ἀναλογισμῶν· δεύτερον δ' ὅτι πολυθεΐαν ἐγκαλούμενος, μηδὲ γὰρ Ἰουδαῖος ἔφασκεν εἶναι μηδὲ τῶν Ἰσμαηλιτῶν εἷς, ἵν' ἕνα σέβῃ θεόν. ἐγὼ δὲ καὶ πλείω καὶ μείζω συνείρειν ἐθέλων τῆς αὐτῆς ἐχόμενα κακίας, καὶ δεικνύειν καὶ ἀναπτύσσειν ὁπόσους τῆς ἀσεβείας ταμιεύει τὰ βραχέα ταυτὶ θησαυρούς, δυοῖν ἕνεκα παρίημι, ἑνὸς μὲν ὅτι σοφὸς ὢν καὶ αὐτὸς ξυνῆκας ἀκούσας εὐθύς, γνώσῃ δ' αὖ τελεώτερον ταῖς ἐκείνου βίβλοις ἐντετυχηκώς, δευτέρου δ' ὅτι καιρὸν ἀπιέναι σε οἴκαδ' ἀρτίως ἁρμόττοντα οἴομαι εἶναι, πρὶν τοὺς κύκλῳ πανόπτας αἰσθέσθαι καὶ τοὺς πικροὺς τῆς ἐμῆς δεσμοφύλακας τύχης.

Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον, καὶ ὁ καλὸς 9 Ἀγαθάγγελος τοσαῦτ' εἰπὼν καὶ ἀκούσας ἄπεισι νύκτωρ, f. 113 a. μηδενὸς τῶν ἐμῶν διωκτῶν αἰσθομένου. χρόνον δ' ἐκεῖθεν ἑξαμηνιαῖον ἀνὰ τὴν πόλιν ταυτηνὶ διατετριφώς, καὶ Βυζαντίων τοῖς προύχουσιν ἐπί τε σοφίᾳ καὶ δόξῃ συναναμιγνύμενός τε καὶ ὁμιλῶν εὐφυῶς, καὶ τοῖς πρὶν ἠκουσμένοις τὰ

corpore et multum ab eo diversum putat neque profecto ita mirum esse, si hoc a nobis contemnatur, sicut illud quondam ab Iudaeis, Christi interfectoribus. hoc unum sufficit ad primas causas et rationes reconditorum animi vitiorum cogitationem tuam referre in iisque veluti in fundamento insequentem contemplationum ordinem collocare. secundum autem polytheismum iste advocavit; dixit enim, se nec Iudaeum nec Ismaelitam esse, ut unum deum coleret. quamquam vero plura ac maiora, quae ad eandem improbitatem pertinent, referre vellem tibique demonstrare et explicare, quantam improbitatis molem haec pauca in sese habeant, omitto tamen duabus ex causis, primum quidem, quod ipse, qua es sapientia, id statim audiens intellexisti atque accuratius etiam cognosces libris eius perlectis, deinde, quod nunc tempus esse arbitror, domum ut abeas, priusquam oculei speculatores circumcirca dispositi et meae sortis severi custodes te animadvertant.

Atque haec quidem ita sese habebant. honestissimus autem Agathangelus, quum haec dixisset et audivisset, abiit noctu, nullo meorum persecutorum sentiente. dein sex per menses in hac urbe commoratus et cum Byzantiis sapientia ac gloria insignibus conversatus eorumque consuetudine bene usus quum eorum, quae ante audiverat plurima in ordinem continuum maxima ex parte congessisset,

πλείω κατὰ τὸ συνεχὲς ἠθροικώς, ἧκεν αὖθις ὡς πρότερον ἡμῖν τὰ λειπόμενα ἀπαγγέλλων ἑξῆς. ἦσαν δὲ τοιαδί.

10 Τοῦ Γαλατωνύμου, φησί, φρουρίου γῆς καὶ θαλάττης ἀποκλεισθέντος, καὶ τῶν ὁλκάδων αἳ τὴν σιτοπομπίαν αὐτῷ ἐκόμιζον ἐκ τῆς ἄνωθεν θαλάττης, ἀφῃρημένου πρὸς τῶν Βενετικῶν, ὡς εἴρηται, τεσσαρεσκαίδεκα μακρῶν ἐκείνων νεῶν ἔτει πρότερον ἑνί, κἀκεῖθεν ἔπειτα τὴν τοιαύτην μάχην διαδεξαμένου τοῦ βασιλέως, καὶ τριήρεσι μὲν ἐκ θαλάσσης δέκα, στρατιωτικαῖς δ' ἐξ ἠπείρου δυνάμεσι μαχομένου, σπάνις μακρὰ τῶν ἐπιτηδείων τοὺς ἔνδον κατεῖχε Λατίνους. διὸ πρεσβεύεται πρὸς αὐτοὺς ἐλεήσας ὁ βασιλεύς, δι' ὅρκων σφᾶς ἀζημίους βεβαιῶν ἀφιέναι, εἴτ' αὐτόθι καθῆσθαι βούλοιντο, εἴτ' οὖν πορεύεσθαι ὅπῃ βούλοιντο, καθαιρεθέντος πρότερον τοῦ τὸ φρούριον τειχίζοντος νεοπαγοῦς περιβόλου. πρὸς ἃ τερατευσαμένους ἐκείνους τά τε ἄλλα τῆς εἰωθυίας καὶ νῦν ὀφρύος ἀποκρίνασθαι, καὶ μὲν δὴ καὶ ὅτι, εἰ μὲν ἑνὶ θεῷ τῷ τοῦ παντὸς ἐλάτρευες ποιητῇ δηλαδή, ἣν ἂν ὡρισμένῃ μνήμῃ τὰς τῶν ὅρκων ἀσφαλείας ἐγκλείοντας, ἀφρόντιδα βίον ἐν ἀτειχίστῳ διάγειν χωρίῳ. νῦν δ' οὐκ εἰδόσι τίνι τῶν ἀπείρων οἷς λατρεύεις θεοῖς τὰς τῆς πίστεως νέμεις ἐγγύας, δεδιέναι μὴ συναρπασθεῖσιν ἔπειτα τὰς ἀκοὰς διά τε τῆς ὁμωνυμίας καὶ τῆς τοῦ μόνου θεοῦ προσηγορίας, ἐς τὴν τῆς ἀπειρίας ἐκείνης ἀνάχυσιν καταδύντας, ἀπείροις περιαντλεῖσθαι γένηται ναυαγίοις ἡμῶν αὐταῖς

venit iterum, ut antea, quae restarent nobis deinceps nuntiaturus. haec autem nobiscum communicavit.

Galatae, inquit, castello terra marique intercluso navibusque onerariis, quae commeatum ex superiori mari ei advexerunt, a Venetis quattuordecim navibus longis, ut supra demonstravimus, anno ante privato, quum imperator iam certamine suscepto decem triremibus ex mari, copiis pedestribus ex terra continenti rem gereret, factum est, ut Latini magna necessariarum rerum inopia intus premerentur. quare imperator misericordia commotus ad eos misit legatos, per quos iureiurando interposito promisit, se eos impune dimissurum esse sive ibi considere vellent, sive abire, quo liberet, deletis tamen antea moenibus castelli recens exstructis. ad haec illi gloriantes quum alia arrogantia etiamnunc usitata respondere, tum si quidem unum deum rerum universitatis creatorem coleret, firma memoria iurisiurandi pignora includentibus sibi securam vitam etiam in loco non munito licere degere; quoniam vero nescirent, cuinam innumerabilium, quos veneraretur, deorum fidei sponsionem fecisset, timere se, ne, simili huius dei nomine et appellatione unius dei auribus inductis in fraudem, in

18 ῥαπίσματά τε καὶ στίγματα; τέλος δέ φησιν γήρᾳ καὶ νόσῳ, πρὸς δὲ καὶ κακοπαθείᾳ τῇ ἐκ φρουρᾶς πιεζόμενος ἐν αὐτῇ τῇ φρουρᾷ θεῷ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν παρατίθησιν, ἄμωμον μὲν τῇ πράξει τὸν βίον ἄπταιστον δὲ τῇ εὐσεβείᾳ τὸν λόγον διατηρήσας, καὶ ἀνεπίληστον τῆς αὐτοῦ μαρτυρίας μνήμην καταλιπών. λέγεται δέ, φησί, καί τινα τῶν γερόντων κατ' ἐκεῖνο καιροῦ πολλῷ τῆς εὐσεβείας ζήλῳ φερόμενον ὑπεριδεῖν μὲν καὶ βασιλικῆς ἀπειλῆς, ἀφειδῆσαι δὲ καὶ αὐτῆς τῆς ζωῆς, ἵνα πίστει τῷ τοῦ μακαρίου προσπεσὼν λειψάνῳ χάριτος ἐκεῖθεν μετάσχοι· καὶ εἷς τῶν ᾀδόντων γενόμενος καὶ αὐτὸς κατὰ τὸν τῆς ἐκδημίας ἐκείνου καιρόν, ἐβεβαιοῦτο μετὰ ταῦτα ὡς εἴη τότε φωνῆς ἄνωθεν ψαλλόντων ἡδίστης καὶ θαυμασίας ἀκούων, εἴτε τίς ἀγγελικὴν ἐννοήσειε ταύτην, εἴτε τινὰ ἄλλην νεύματι θεοῦ γενομένην. θεῷ δῆλον ἂν εἴη, καὶ ὅσοις τὰ τοιαῦτα διορᾶν ἄξιον. καὶ κεῖσθαί φησι τὸ ἱερὸν τοῦ ἁγίου σῶμα θαύμασιν ἀφθόνοις διὰ παντὸς σεμνυνόμενον καὶ πᾶσι τοῖς προσιοῦσι παρέχον ῥῶσιν ψυχῆς, ῥῶσιν σώματος, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν παθῶν παντοίων ἀπαλλαγὴν εἰς δέ-

coloratum, omni doloris sensu carens stetit ille nudus medio in suggestu, velut ornatu decoratus vibicibus illis et tanquam spectaculum angelis et hominibus quemadmodum S. Paulus. quis vero, inquit, describere possit plagas custodiae, naufragia, sordes, soles, nocturna perfrigeria, insidias, tumultus, mortis in dies fordamina, verbera verberibus continuata, ferularum plagas, colaphos. itaque ille, inquit, aetate et morbo confectus et custodiae malis afflictus ipsa in custodia deo animam suam tradidit: qui factis innocentem vitam, pietate sanctam mentem probavit et martyrii sui immortalem memoriam reliquit. ferunt etiam, inquit, quendam e praesidibus illo tempore multo pietatis ardore inflammatum regis minas neglexisse et vitae illius pepercisse, ita ut cum fide divi illius reliquias veneratus indeque animae suae salutem nactus sit; et quum cantorum unus factus esset tempore quo ille absens erat, vires eum refecisse quasi superne voces psalmistarum suavissimas et mirabiles audivisset; perinde ac si quis angeli vocem vel aliam divinam audiret; quod tamen soli deo et iis quotquot tali honore digni existimati sunt, contingit. sed sanctum corpus dicit viri huius sanctissimi miraculis praeclaris insigne esse et

ξαν θεοῦ τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς 19
Θεοδώρου σοφίας καὶ τῶν θαυμάτων ὁ θεῖος διέξεισι μετα- f. 159 r.
φραστὴς ὡς ἐν τύπῳ εἰπεῖν καὶ σκιωδῶς πως τὴν δήλωσιν τοῖς μὴ συνιεῖσιν ἀφοσιώσασθαι. ὅ γε μὴν Θεοφάνης ὁ μέγας τῆς ἐκκλησίας φωστὴρ καὶ αὐτὸς τοὺς καθ' ἑκάστην καὶ πᾶσαν ἡμέραν τοῦ χρόνου παντὸς πάντως σχεδὸν ἁγίους, ὅσοι πρὸ αὐτοῦ θεῷ καθιερωθέντες δρόμοις ἀσκητικοῖς ὁμοῦ καὶ μαρτυρικοῖς ἀπήλλαξαν, μέλεσιν οἰκείοις αὐτοῦ σοφωτάτοις ὑμνήσας λαμπρῶς τε καὶ διαρκῶς, ὁ Θεοδώρῳ τῷ θείῳ ἐκείνῳ μάρτυρι καὶ σοφῷ διδασκάλῳ τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας, ὡς εἴρηται, γενόμενος ἅπαντα ἀδελφὸς καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα καὶ γνώμην καὶ ἄθλησιν καὶ συμπαρὼν καὶ συμπάσχων αὐτῷ, ἐπεὶ τοῖς μεγίστοις ἐκείνοις ἐκείνου συναπελθόντος ἄθλοις μόνος τῷ βίῳ περιελείφθη, ἀπελαθείσης ἤδη καὶ τῆς εἰκονομαχίας προνοίᾳ θεοῦ τοῖς τούτων ἀγῶσιν ἐπικαμφθέντος, κοσμεῖ καὶ τοῦτον τοῖς ἑαυτοῦ μέλεσιν, ἐκεῖνα περιᾴδων καὶ ἀριθμούμενος ὧν αὐτόπτης ἦν αὐτὸς καὶ συναθλῶν καὶ μάρτυς γινόμενος ἀξιόπιστος.

Ἀλλὰ τῶν καλῶν εἶναί μοι κἀνταῦθα δοκεῖ βραχέα 20
πρὸς ἔνδειξιν παραθεῖναι τῷ λόγῳ, καὶ τῶν τῷ ἁγίῳ ἐπενεχθεισῶν τήμερον ὕβρεων πρὸς τουδὶ τοῦ δυσμενοῦς ὑπέρτερον δεῖξαι παντάπασιν. φησὶ γὰρ πρὸς τὸν γενναῖον καὶ

omnibus qui accedant praebere salutem animae et ut paucis dicam, liberationem a malis omnibus in gloriam dei salvatoris nostri Christi." haec igitur de Theodori sapientia et miraculis S. metaphrastes tanquam sub imagine ut dicunt et umbra iis qui mente capti sunt veritatem revelans. item Theophanes magnum illud lumen ecclesiae qui per omnem fere aetatem viros sanctos quotquot ante ipsum a deo honorati labores asceticos et martyria perpessi erant, canticis suis praeclarissimis celebravit egregie et optime, quique Theodoro sancto martyri et sapientissimo divinae ecclesiae praeceptori tanquam frater cum animo et corpore et mente et fortitudine in certamine aderat ubique et cum eo passus est; quum post martyris huius mortem tristissimam solus in vita relictus esset iamque iconomachorum furor defervuisset et pro dei beneficio sanctorum laboribus depressus esset, hunc quoque Theodorum exornavit canticis suis et cecinit descripsitque ea quae oculis ipse viderat quibusque ipse laborum socius et martyr interfuerat.

Sed ex his pauca quae pulcerrima sunt nunc proferam ut nobis documento sint et insolentiam qua hodie in sanctum virum adversarius iste invectus est reprimant. sic enim de magnanimo et sancto

θεῖον ἐκεῖνον καὶ πάνσοφον ἄνδρα ὁ γενναῖος ἐκεῖνος καὶ ὁμότροπος ἀθλητής "τὸν τίτλον τῆς σῆς ὄψεως ἰδόντα παραχωρεῖ τὰ χερουβὶμ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ἡ δὲ φλογίνη ῥομφαία εὐλαβῶς τὰ νῶτά σοι δίδωσι, πάνσοφε Θεόδωρε." καὶ πάλιν "ὁ τίτλος πάλαι μὲν τῇ κορυφῇ ἐπέκειτο τοῦ βασιλέως Χριστοῦ, ἐγγεγραμμένος ξύλῳ τοῦ σταυροῦ· ὁ δὲ σὸς τίτλος, πάνσοφε, τῇ σῇ κεκόλαπται κεχαραγμένος ὄψει εὐκλεέστερον." καὶ πάλιν "ὑψωθεὶς ἐπὶ σταυροῦ πάλαι Χριστὸς ἐκεντήθη τὴν πλευράν· σὺ δὲ τεθεὶς ἐν ξύλῳ καρτερῶς τὰς κεντήσεις ὑπέμεινας, ὥσπερ κριὸς ἐπίσημος, ἱερομύστα, σφα-
B1 γιζόμενος." ἐγὼ δὲ πάμπολλα λέγειν ἔχων τοιαῦτα καὶ μείζω τούτων, οὐ βούλομαι τοῖς ἀκούειν ἥκιστα βουλομένοις δοκεῖν ἐπαχθής· οἷς γὰρ τὸ ἀρκοῦν οὐκ ἀρκεῖ, τούτοις ἀρκέσει τῶν πάντων οὐδέν, οὐδ' ἂν εἴ τις νικήσας τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν βροντώδη φθέγγηται. ὅπου γὰρ τοσούτων ὑπὲρ αὐτοῦ βοώντων διὰ πάσης τῆς οἰκουμένης ἀνὰ πᾶν ἔτος καὶ χρόνου παντὸς περίοδον, καὶ ὃν οὑτωσί πως ὑμνοῦσιν ἄνθρωποι μὲν ἀπὸ γῆς καὶ θαλάσσης καὶ πάσης ἑῴας καὶ ἑσπερίου λήξεως, καὶ ᾧ τὰ διὰ Χριστὸν ὑπὲρ εὐσεβείας στίγματα τὸ χερουβὶμ αἰδεσθὲν τοῦ ξύλου παραχωρεῖ τῆς ζωῆς, καὶ ᾧ τὰ νῶτα δίδωσιν ἡ φλογίνη ῥομφαία, τοῦτον οὐκ εἰδέναι φησὶν ὁ ταλαίπωρος οὑτοσί, τίς ἂν γένοιτο μηχανὴ τῆς ἀμηχάνου καὶ
BB λιθίνης αὐτοῦ καθικέσθαι ψυχῆς δυναμένη; ἐμοὶ μὲν οὖν

et sapientissimo viro illo fortis hic et unanimus eius laborum socius loquitur: "titulum faciei tuae anteferunt cherubim ligno vitae, et ensis flammens tibi non destringitur, praeclare Theodore." rursus: "titulus olim supra caput erat domini Christi inscriptus ligno crucis. tuus autem titulus, ptaeclare, clarior inscriptus est faciei tuae dilaceratae." rursus: "erectus in cruce olim Christus in latere percussus est: tu extensus in ligno percussiones fortiter passus es velut taurus victima a sacrifico mactatus." sed satis haec: ego huiusmodi alia multa et plura dicere possum sed nolo ne auribus non amplius audire cupientibus molestus sim. quibus autem haec quae satis sunt, non satis sunt, his nihil omnino satis est, etiam si quis quod supra vires humanas est tonitrua edat. quum enim cuius res tantae praedicantur per totam ecclesiam in singulos annos et tempora, quem sic gentes venerantur per mare ea continentem ab solis ortu et occasu, cuius propter Christum pro pietate dolores cherubim honorant magis quam lignum vitae, cui ensis flammeus non destringitur: cum dicat miserrimus iste se ignorare: quae tandem quaero res tam gravis est, immobilem eius et perdurum animum percellere queat. quare ego magna quadam et infi-

πολλή τις καὶ ἀτέκμαρτος ἐνταυθοῖ περικέχυται ἀπορία, οὐχ f. 159 v. ὅπλων ἀντιρρητικῶν ἀπουσίᾳ (μυρία γὰρ ἡμῖν ἀμυντήρια πρόκειται τὴν τοῦ λόγου κατάλυσιν ὑπισχνούμενα)· ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ γνῶναι νόμον κυρίου διανοίας ἐστὶν ἀγαθῆς, ᾧ πάντως διάνοια μὲν ἥκιστα πρόσεστιν ἀγαθή, μακρὰ δ' ἀωρία τῶν αὐτοῦ λογισμῶν κατορχεῖται, τούτου νόμος οὐδεὶς οὐδὲ παιδεία κυρίου καθικέσθαι δυνήσεται ποτέ. εἰ γὰρ κατὰ μὲν τὴν νοερὰν ψυχὴν λεγόμεθα ἄνθρωποι, ζῶα δὲ κατὰ τὴν αἰσθητικήν, καὶ πρός γε ζῶντα κατὰ τὴν θρεπτικήν, ᾧ μὴ κατὰ τοὺς τῆς νοερᾶς ψυχῆς κανόνας καὶ νόμους ἐξεγένετο ζῆν, ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν εἴποιμι τίνι τοῦτον κλήρῳ προσνεμηθῆναι χρεών, λεγέτω δ' ὅστις οὐ ῥάθυμον ἔχει γλῶτταν ἀποφαντικοὺς περὶ τῶν πάνυ προδήλων ἀποδισκεύειν λόγους. ὥστ' εἰ κἀμοὶ φορτικόν τι δοκεῖ καὶ σφόδρα ἀνάξιον θρασεῖ καὶ νωθρῷ τὴν διάνοιαν ἀντιλέγειν ἀνδρί, οὐδέν, οἶμαι, καινὸν οὐδ' ἐκστατικὸν τοῦ καθήκοντος εἴη ἄν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα τῶν προσηκόντων ὅρων ἐντός.

Ὁ μὲν οὖν Γρηγορᾶς τοιαῦτα εἰπὼν καὶ οὑτωσὶ προοι- 23
μιασάμενος, ἔπειτα μακροὺς ἐπὶ τούτοις διεξῆλθε λόγους, ἐλέγχων μὲν τὰ φρυγανώδη καὶ νέα τῶν ἀντιθέτων δόγματα, καὶ ταῖς ἀναμφιλέκτοις ἀποδείξεσι βάλλων κατὰ σκοπὸν ὡς ἀπὸ εὐκύκλου τόξου καὶ στερροῦ, ὑπερμαχῶν δὲ τῶν θείων τῆς ἐκκλησίας δογμάτων, καὶ ὅσοι ταυτὶ καλῶς συνέθεντο

nita sum in consilii inopia, non ac si arma me deficiant: nam innumera mihi adiumenta sunt quibus huius sermonem diluere possim: sed quod quum bonae voluntatis sit leges domini nostri agnoscere, cui omnino bona voluntas deest et mentis argumentationes vanae huc illuc vagantur, hunc lex nulla neque doctrina domini unquam movebit. si vero quod animi ratione praediti sumus homines nominamur, quod sensus habemus animalia; propter vivendi rationem animantia: cui secundum mentis rationem ac praecepta vivere non contigerit, eum cuinam classi adnumerem prorsus nescio. sed incipiat cui non impudens est lingua certare de rebus sat manifestis: quod ego quamquam molestum mihi videtur et valde indignum viro procaci et vecordi impugnare, tamen non vanum existimo, neque extra fines iustos constitutum, sed intra fines eius quod decorum est.

Gregoras autem quum haec dixisset et sic prolusisset quodammodo deinde longas his orationes addidit deprehendens vana et incondita adversariorum dogmata. misit autem argumenta prorsus invincibilia in scopum tanquam ab arcu bene curvato et solido, pugnans pro

θεῖοι πατέρες, καὶ μάλιστα πάντων τοῦ θείου ἐκείνου ἀνδρός, Θεοδώρου φημὶ τοῦ γραπτοῦ, εἰς ὃν ὁ θρασὺς ἐκεῖνος καὶ
24 πόρρω παιδείας ἁπάσης βαδίζων ἐξύβρισεν ἄνθρωπος. ἐπεὶ δ' ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐκραγεῖσαν ἤδη τὴν τῆς βλασφημίας εἶδεν ὑπερβολήν, καὶ ἅμα θυμοῦ καὶ μανιώδους γλώττης οὐ πόρρω τὸ ἦθος ἐκείνων, ἀνέστη τε εὐθὺς καὶ ἀπῄει, χαίρειν φράσας αὐτοῖς πρὶν καὶ παραβολώτερόν τι ἀκοῦσαι καὶ παθεῖν ὑπὸ σφῶν παρὰ προσδοκίαν ὡς ἐν δικτύῳ μόνος περικλεισθείς, τοῖς αἰθερίοις παραπλησίως πτηνοῖς, οἳ τὴν αἰθέριον ἐκείνην καὶ φυσικὴν ἐλευθερίαν ἀφέμενοι πρὸς δίκτυα καὶ βρόχους αὐτομολοῦσιν ἐθελονταί, σχεδίῳ καὶ φαντασιώδει πλάνῃ ἑαυτοὺς ἐπιρρίπτοντες δι' ἁπλότητα, πρὶν αἰσθέσθαι τε καὶ σκέψασθαι καὶ πρὶν μαθεῖν ἃ χρὴ παθεῖν.

25 Ἐξιών γε μὴν ἐκεῖθεν ἐνετύγχανε παρὰ τὴν ὁδὸν σποράδην ἄλλοτ' ἄλλοις τῆς Παλαμικῆς φατρίας, ἐπὶ τὸ τοῦ Καντακουζηνοῦ βαδίζουσι φροντιστήριον, ὑπ' ἐκείνου πρὸ τῶν ἑωθινῶν αὐτῶν δι' ἀποστόλων κρυφίως κληθεῖσι πρὸς διαλεκτικὴν σύνοδον πάλαι μελετηθεῖσαν κατὰ τοῦ Γρηγορᾶ, ἐπαγγελίας προειληφόσιν ἐκεῖθεν παρ' αὐτῷ τὴν ἡμέραν ἐκείνην διατελέσαι ἅπασαν. ἐθαύμαζον οὖν ἐκεῖνοι παρὰ προσδοκίαν αὐτὸν ἀπιόντα ὁρῶντες ἀρτίως τὸν Γρηγορᾶν, τοῦ ἡλίου τὰς πρωινὰς ἀνύοντος ἔτι πορείας. καὶ τοίνυν ἔνιοι τούτων κατόπιν δραμόντες ἠρώτων τῆς οὕτω ταχείας ἐπανόδου τὴν αἰτίαν.

ecclesiae sanctorum virorum dogmatis et pro sanctis patribus qui ea composuerant et inprimis pro sancto viro Theodoro, dico dilaceratum illum, in quem homo proternus ille et doctrinae omnis violator superbierat. sed quum in peius verti blasphemorum arrogantiam et mentem illorum et furibundam linguam omnem verecundiam deponere videret; surrexit repente et abiit. maluit enim loco cedere quam audire quae magis etiam insolentia, et pati aliquid ab iis improviso, retibus irretitus instar avium coelestium quae libertatis in aere et a natura sibi datae oblitae in retia ruunt voluntariae at hue illuc temere volitantes semet ipsae irretiunt caecae priusquam senserint et animadverterint et observarint quae ipsis imminerent pericula.

Itaque quum abiisset ipsa in via passim singulos viros offendit e familia Palamitarum, qui ad Cantacuzeni monasterium pergebant ab illo iam ante primam lucem per praecones clam advocati ad synodum dialecticam quae iam multo ante in Gregoram decreta erat. hi iussi erant totum diem illum apud regem manere. quare stupuerunt quum praeter opinionem abire viderent Gregoram tempore quo sol

ἀρξαμένου δ' ἐκείνου καθ' ἕκαστα διηγεῖσθαι, ἔρως κατέσχεν
αὐτοὺς ἕπεσθαί τε καὶ ἀντιλέγειν ὅσα εἰδέναι σφίσιν ἐπῄει τῇ
κοινότητι τῆς φατρίας ὁμόλογα καὶ ὁμόστοιχα. ἐπεὶ δὲ καὶ 26
παρὰ τὴν οἰκίαν ἤδη τῷ Γρηγορᾷ συνεληλύθεσαν, τὸ συνεχὲς
ἐκείνης τῆς διαλέξεως πλατυτέρᾳ γλώττῃ διήνυον καὶ τὴν
νόσον τῆς δυσσεβείας εἰς προῦπτον ἐξῆγον. καὶ ἦν ἰδεῖν τῆς
νόσου χαλεπώτερον τὸ νοσεῖν ἐφίεσθαι. ἃ γὰρ ᾔδεσαν, οὐ
καλῶς ᾔδεσαν, καὶ ἃ προύφερον, ἀπῆν αὐτῶν ἡ σὺν εὐκοσ-
μίᾳ πρόοδος. τῶν γὰρ βιβλίων ἀνοιγομένων εὐθὺς ἃ πάλαι
ταῖς θείαις πατράσιν ἐκτέθειται, ἠναγκασμένης τέχνης δεῖσθαι
τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἔτι ἐνῆν· αὐτόματος γὰρ ἐκ τοῦ ῥᾴστου
πρὸς φῶς ἐβάδιζεν ὁ τοῦ ψεύδους ἔλεγχος. οἷς οὖν ἀνέ-
λεγκτα ψεύδεσθαι ἥδιστον, τούτοις ἀψευδῶς ἐλέγχεσθαι ἔχθι- f. 160r
στόν τε καὶ Ὀλύμπων ἁπάντων βαρύτερον. δυσανασχετοῦντες
ἐβόων παγγλωσσίᾳ κόρακες ὡς κατὰ Πίνδαρον, ἵνα μὴ λέγω
δίκην κολοιῶν ἀσήμοις κραυγαῖς παταγούντων καὶ ὀμιχλώδη
τινὰ τὸν ἀέρα τῇ ἀκοῇ καὶ πάνυ τι δύσηχον παρασκευαζόν-
των. ἃ πάντα κατ' ἐμαυτὸν ἀνακυκλῶν καὶ ἀνελίττων ἐγώ,
καὶ διευθύνειν καὶ ἀναφέρειν ἐθέλων εἰς τὸν εἱρμὸν ἐκεῖνον
καὶ συνάπτειν εἰς ἓν τὰς ἐκδρομὰς καὶ ἀναστροφὰς ἐκείνας καὶ
ἀναλήψεις τῶν καθ' ἕκαστα ἐπιχειρημάτων τε καὶ ἐργασιῶν,
καὶ ὅσαι κατ' ἔνστασιν ὑποφοραὶ καὶ ἀνθυποφοραὶ καὶ λύ-
σεις ἐξ ἀνάγκης ἕπονται τουτοισί, λίαν ἐργῶδες ὁρῶ καὶ ἀνα-

primas luces pandebat. iam nonnulli obviam ei procedentes rogabant cur tam repente abiisset. hic igitur quum coepisset enarrare singula desiderium eos invasit longius sequendi eum et opponendi quaecunque sociorum sententiis convenientia et communia sciebant; et quum praeter demum iam comitati essent Gregoram, sermonem eius supra modum mutabant et impietatis pestem sic palam proferebant, etiam quod peste peius conspicuum erat in pestem arripi libenter sese patiebantur. quae autem sciebant non bene sciebant; quae afferebant ab omni decore aliena erant. neque scripturarum quae olim a sanctis patris exposita sunt veritas defensione non amplius egebat; nam sponte facillime in lucem prodiit fraudis opprobrium. quibus verissima in fraudem vertere iucundissimum iis simpliecter reprehendi odiosissimum et omnibus Olympis molestius est. hi igitur subirati clamabant ut Pindari corvi multilingues ne dicam ut graculi qui dissonis clamoribus strepitum edunt et aures vehementer perstringunt. quare si cuncta animo volutare et explicare et ordinare et referre volo ad ordinem et comprehendere in unum sermonum deverticula et flexiones illas et tentamina observationesque ad singula institutas et quae in concertationibus in contrariam partem afferri solent et exponi, id

χωρῶ πρὸς ἐμαυτόν, τὸ τῆς σιωπῆς ἀσπαζόμενος ἄπραγμόν τε καὶ ἀνεπίφθονον.

B 7 Μή μοι τοιαῦτα λέγε καὶ πρότεινε, φίλων ἄριστε Πρωταγόρα. μίαν γὰρ οὐδεμίαν οὐδετέρῳ φέρει τὴν ὄνησιν τὰ τῆς σιωπῆς. ἐμοί τε γὰρ ἐπιεικῶς ἀφόρητον τὴν ζημίαν κομίζει, καὶ ὅσοι λίχνον κατ' ἐμὲ περὶ τὰ βελτίω τὴν ἀκοὴν ἐξέθρεψαν. σοὶ δ' ὅσον ἀπειλεῖ τῆς ψυχῆς τὸ πρᾶγμα τὸν κίνδυνον, αὐτός τ' ἂν εἰδείης ἐξετάσει καὶ βασάνῳ τελεωτέρᾳ διδούς, καὶ ἅμα συλλογιζόμενος πῶς μὲν τῶν ἀντιθέτων αἰσχυνεῖς τὰς γλώττας λέξας τὰ καίρια, πῶς δὲ τῶν ἡμετέρων ἐπιρρώσεις τὰς φρένας, ἀμφιρρεπεῖς ἐνίων ἐνιαχοῦ γινομένας δι' ὀλιγομαθίαν ἴσως· οὐ γὰρ ἄν ποτε φαίην κἀγὼ κατ' ἐνίους τὴν νόσον καλοῦντας ἀγκυρῶν ὀρφανήν τινα οἴησιν, εὐχερῶς ἐφ' ἑκάτερα ταλαντευομένην, ὁλκάσι παραπλησίως, ἃς ταραχώδεις ἀγκάλαι θαλάττης ἀπολαβοῦσαι νυκτὸς ἀλιμένοις ἀκταῖς καὶ χωρίοις ἐπέρριψαν. ἔπειτα οὐδὲ φορτικός τις ἐγώ σοι φανοῦμαι, πάντα καθ' ἕκαστα λέγειν ἐκεῖνα καὶ ἀπαράλλακτα τήμερον τὴν ἀνάμνησιν ἐπάγων· ἁπλῆς γάρ τινος ἀφηγήσεως ἀκροατὴς καὶ ἀπεριέργως γενέσθαι ἐφίεμαι, κατὰ τὸ ἐν Πυθοῖ λόγιον τοῦ ἄγαν αὐτός τε ἀεὶ φειδόμενος, καὶ οἷς ἀεὶ ξύνειμι φείδεσθαι παραινῶν. φέρε τοι νῦν τὰ τῆς γλώττης πρυμνήσια λύσας, εὐρυτέραις ὀθόναις δίδου τὸν πλοῦν, ἀκοαῖς χαιρούσαις ἐντυχών, κρηπῖδα στερρὰν ὑποβαλλομέναις τὸν τῶν λεχθησομέ-

mihi nimis difficile fit et recipio me in silentii otium et tranquillitatem.

Noli haec dicere mihi et fateri carissime Protagora. nam neutri nostrum ulla utilitas e silentio evadet. mihi quidem intolerabile damnum afferet unaque iis quorum aures rerum optimarum curiosae sunt. tibi vero quantum res periculum minitaretur videres facile si rem penitius et melius inquireres et reputares quomodo adversariorum linguam mutam redderes argumentis electis gravioribus et quomodo animos nostros confirmaturus esses quum nonnulli iam titubent propter rerum ignorantiam; ne dicam ut nonnulli morbum vocant opinionem ancoris orbatam et modo huc modo illuc fluctuantem instar navium quae remulco trahuntur; quas maris turbidi fluctus abripiunt noctu et in proximas oras et continentem deiiciunt. sed tibi ne molestus videar nolo te singula omnia mihi narrare aut continuam hodie rerum memoriam excitare. ut Pythi dictum est, nimium nunquam desidero et quibus semper intersum eos ne nimium amplectantur moneo. age igitur, solve linguae retinacula, passis velis currum institue, tu qui aures offendis attentas, quae fundamentum solidum praebent eo

νων πόθον. ὃ δὴ κράτιστον ὁρμητήριον εἰς ἄγαλμα φιλοτιμίας γλώττῃ σύν γε προθυμίᾳ λέγειν ἐθελούσῃ τε καὶ πρὸς τὰ ἐρρωμένα τῆς διηγήσεως ἀφορώσῃ καθίσταται.

Ἐγὼ δέ σε τῆς τῶν λόγων οἰκονομίας καὶ τῆς τῶν τρό- 28
πων χρηστότητος πολλάκις θαυμάσας, ὦ φίλε Κλεόδημε, νῦν μᾶλλον ἢ πρότερον τὴν εἰς βραχὺ συνωθουμένην σοι τῶν λόγων ἄγαμαι πειθώ. ταῦτ' ἄρα καὶ μὴ λυπεῖν ἐθέλων ὃν θεραπεύειν εἱλόμην σέ, ἐρῶ μέν, μέτρια δ' ἐκ πολλῶν, καὶ ὅσα ἀναγκαῖα τῇ χρείᾳ καὶ τῷ καιρῷ, σῆς τε ὠφελείας ἕνεκα καὶ ἅμα τῶν σοι παραπλησίως αἱρουμένων ἀκούειν ταυτί. εἰ δὲ κάλλους ἐκείνου γυμνώσας τὴν φράσιν παντὸς διά τε σὲ καὶ ὅσοι κατά σε, ἐστενωμένην καὶ ἁπλουστέραν προθείην σοι τὴν ἀφήγησιν, ἀναξίως μὲν τῆς τῷ Γρηγορᾷ καθηκούσης δόξης παντάπασι δρῶν, ἀναξίως δ' εἴ τις εἴη κἀμοὶ σύντροφος γνώμη τε καὶ παιδεία, ὥρα σοι ἐννοεῖν τίνα ποτὲ καὶ ὅσην τὴν σὴν ἐν τοῖς τῆς ἐμῆς καρδίας τεθησαύρισμαι κόλποις φιλίαν. εἰ f. 160 v.
δὲ καὶ μὴ οὐ κατὰ τὸν σὸν ἀπαντῴη σκοπὸν ὁ λόγος, σὲ δ' ἀνεμέσητον ἐμοὶ τὴν πρόθεσιν τῆς ψυχῆς σου φυλάττειν χρεών. τὸ μὲν γὰρ ὑπὸ τύχης ὡς τὰ πολλὰ τυραννεῖσθαι συμβαίνει, ἄλλοτ' ἄλλα κεκτημένης καὶ ἀσύμφωνα τὰ ἐφόδια· τὸ δέ, ἀλλὰ καὶ τοῦτο μόνην τὴν προθεσμίαν καὶ πρώτην κίνησιν τῆς ψυχῆς ὡς ἐπὶ πλάστιγγος ἀρρεποῦς τε καὶ θεοπρεποῦς ταλαντεύεσθαι ἀξιοῖ.

quod narrationem vehementer desiderant. id etiam optimum incitamentum apparet si amicitiae gratia lingua cum voluptate vult loqui et narrationis vim summam consequi.

Iam ego qui saepe carissime Cleodeme vim tui sermonis et rationes verissimas admiratus sum nunc potius quam antea paucis ad persuasionem res tibi exponam. nolo enim dolorem facere cui servire me oportet. proferam autem e multis pauca et quae necessaria sunt usui et huic tempori. idque ad utilitatem tuam facio et eorum qui una tecum audire haec cupiant. sed si ex tua et sociorum tuorum voluntate orationem omni ornatu denudo et simplicem reddo; quo sane Gregorae auctoritas elevabitur et mea qualiscunque est cognata ratio et disciplina; licet ex eo intelligere te, qualem et quantam intimo in animo meo amicitiam erga te habeam. si vero narratio voluntati non convenerit noli mihi irasci. nam in his ut in aliis multis dominatur fortuna quae res inter se diversas et dissidentes tenet; in illis autem quae animum benevolum et animi primam voluntatem reddunt omnia tanquam trutina certa et divina examinata sunt.

B Περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων ὅσα σοι ἐχρῆν ἀκοῦσαι, διεξεληλυθότος ἐμοῦ γε ἀκήκοας ἄνωθεν ἄχρι καὶ ἐς δεῦρο τὸν ἐφικτόν γε τρόπον· περί γε μὴν τῶν ἐν Θαβωρίῳ τῷ ὄρει πάλαι θαυματουργηθέντων εἰ λέγειν ἐπιχειροίην, πολλή μοί τις ξενοδοχεῖν ἀπειλεῖ δυσχέρεια, εὐθὺς πρὸ πυλῶν τὰς ἑαυτῆς ἐφαπλοῦσα παγίδας καὶ ὅσα δήπου τὰ τῆς κακίας ἔνεδρα. οὐχ ὅτι κατὰ τοὺς ὀρθοὺς τῆς φύσεως λόγους προσεῖναι τῇ ὑποθέσει συμπίπτει δυσχερές· καὶ πάνυ τι γάρ ἐστι ῥᾴδιον τὰς τῶν ἁγίων ἡμῖν προκομίσασι μαρτυρίας, δυσαντίβλεπτον ἔχουσας τἀληθές, ἀπηλλάχθαι πραγμάτων. ἀλλ' οἱονεί τινες ἑαυτοὺς προλοχίσαντες ἡμῖν εὐθὺς ὁδοστάται δύο τινὲς πρὸ ποδῶν ἑτέρωθέν ποθεν, ἐξ ἀπροσδοκήτου τινὸς καὶ ζοφώδους χαράδρας, ἐξαίφνης ἐπιδραμόντες τό τε ἀνήνυτον ἐπισείουσι καὶ
C τὸ ἄπραγμον ἰσχυρῶς ἀφαιρεῖν ἐπαγγέλλονται. τό τε γὰρ περὶ θεοῦ λέγειν οὐσίας καὶ φύσεως, καὶ ὅρια κινεῖν διὰ τοῦτο πατέρων σιγῆς μὲν ἔχεσθαι προτρεπομένων ἐνταῦθα θεολογίας δ' ἀπέχεσθαι, καὶ τό γε πρὸς ἰδιώτιδας ἐξάγειν ἀκοὰς τὰ τοιάδε, γέλωτα ἡγουμένας τὰ τίμια καὶ μηδὲν τοῦ κενοδοξεῖν ὑπέρτερον τιθεμένας μηδὲ τοῦ τὰ ἐκ κοιλίας ἀνέδην λαλεῖν, καὶ κριτήριον αὔθαδες ποιεῖσθαι τὸ τῆς ἀμαθοῦς διανοίας καὶ γλώττης πάνυ τι ἀταμίευτον, ταῦτα δ' ἔμοιγε πολὺν ὑπισχνεῖται τὸν κίνδυνον, μὴ ὅτι γε τῆς ψυχῆς, ἧς μηδὲν τὸν πάντα κόσμον ἀντάξιον εἶναι τὰ θεῖά φησι παραγγέλ-

De aliis igitur rebus quas te opus erat audire iam audivisti me narrantem ab initio hucusque quantum fieri potuit. iam si de miraculis in Thabori monte dicere coner, vereor ne in aliorum argumentis proferendis statim ante portas laquei mihi ponantur et quotquot sunt impietatis nequitiae. scio quidem secundum veras rei naturae rationes nullam in re existere difficultatem: nam facile est sanctorum testimoniis quae veritatem invincibilem continent niti et sic e difficultatibus nos expedire. sed ut insidiatores quidam duo in via utrimque prorunnt repente ante pedes nostros et ex improviso et ex latebris tenebricosis et continuo vexant nos et ex quiete volunt excitare. volunt enim dicere de dei essentia et natura et fines iustos transilire, quare nos a patribus silentium tenere et a theologicis disputationibus abstinere iubemur; et quae indoctis auribus audiunt sana ut ridicula habent neque quidquam ipsorum opinionibus melius ducunt et ex arbitrio iudicium faciunt prorsus insana mente et lingua. quae omnia mihi magnum faciunt periculum, non solum animae meae cuius pretium nihil toto mundo exaequat ut sacra scriptura dicit, sed etiam doctrinae nostrae et cautioni in huiusmodi rebus necessariae. neutrum enim

ματα, ἀλλὰ καὶ τῆς ἡμῖν συντρόφου παιδείας καὶ εὐλαβείας ἐν τοῖς τοιούτοις· μηδὲ γὰρ εἶναι μηδέτερον ἀνδρῶν ἀσφαλῶς τε καὶ ἀπραγμόνως ζῆν αἱρουμένων. ἥκιστα οὖν σε 31 χρεών, ὦ φίλε Κλεόδημε, λογισμοὺς ἐπὶ σαυτοῦ κινεῖν πολὺ τὸ μεμφόμενον καθ' ἡμῶν ὠδίνοντας, εἰ μὴ κατὰ τοὺς ἐκ φαρέτρας τὰ βέλη πέμποντας καὶ ἡμεῖς ἀπερισκέπτως τὰ προστυχόντα θαρροίημεν φθέγγεσθαί τε καὶ οἷον ἀποδισκεύοντες διδόναι τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ καὶ τοὺς μαργαρίτας τοῖς χοίροις. τότε γάρ που τὴν σιγὴν ἀποσειομένους λέγειν ἴσως εἶναι χρεών, ὅτε μὴ μέλλοι τις ἄξια λέγειν σιγῆς, ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων βιαίας ἀνθολκῆς καθελκόμενος. ὅτε δὲ μακρὰ τὸν λόγον καὶ ἀτέκμαρτα περικλύζειν ἐπαγγέλλεται κύματα καὶ πολυειδῆ καὶ διάφορον τῶν θορύβων ἐπάγειν τὴν ἅλμην, τότε δὴ πολλῷ τινὶ βέλτιον ἄφθογγον ἢ φθεγγόμενον κεκτῆσθαι τὴν γλῶτταν. τὸ γὰρ αὐτὸ Θαβώριον ὄρος καθάπερ εἰκονομάχοις δέδοται πάλαι τῆς αἱρέσεως πρόφασις, οὕτω δὲ καὶ Παλαμᾷ τουτῳὶ καὶ ὁπόση τις εἴη σύννομος αὐτῷ φα- f. 161 r. τρία κοινοπραγοῦσα τὰ δυσσεβῆ καὶ παράνομα καὶ τῶν ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας ἐξορχουμένη θεσμῶν, οἱονεί τινος ἀκράτου βαφῆς κατασχούσης εἰς βάθος αὐτοὺς τῆς κακίας. πλὴν εἰ μή τις ἀπαντῴη λέγων πολλοῖς ταυτηνὶ καὶ μοχθηροτέροις νοσήμασιν ὑπερβάλλειν ἢ κατ' ἐκείνην τὴν τῶν εἰκονομάχων αἵρεσιν, καὶ πλείονος διὰ ταῦτα δεῖσθαι τῆς ἐξετάσεως ἐκείνων

viris qui tuti et otiosi vivere volunt convenit. quare nequaquam amice Cleodeme in animo volvitare debes quomodo nec reprehendas si nos non secundum eos qui e pharetra sagittas abiiciunt temere quae in promptu sunt declarare et tanquam iaculatores canibus sancta proiicere et margaritas porcis volumus. illo tempore oportebat sane silentium nos abiicere et disputationem inire, si nemo quae verbis nostris non digna sunt dixisset neque insolentissime e rebus argumenta in suam partem protraxisset. at si sanae rationes non tutae sunt a magna et continua inundatione et a multis variisque tumultus clamoribus, multo profecto melius est silentium tenere quam lingua uti. idem enim mons Thaborius sicut iconomachorum haeresis causa erat, ita etiam Palamae huius eiusque sociorum ceterorumque omnium qui una cum eo impia et iniusta faciunt et sanctas ecclesiae leges transiliunt. quos omnes vehemens quaedam insania in impietatis profundum immersit; quorumque haeresin recte profecto quis dixerit pestifero morbo magis laborare quam iconomachos ideoque contra hanc maiori opus esse examine et firmioribus argumentis quibus refellatur quam contra illos, quibus una illa et simplex res causa erat ut im-

... καὶ μακροτέρων πολλῷ τῶν ἐλέγχων ἢ κατ' ἐκείνους. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἑνὸς τουτουὶ καὶ μονοειδοῦς σκανδάλου τὸ πρᾶγμα γέγονε πρόφασις, δι' ἣν κακῶς τῷ καλῷ προσκεκρουκότες τῆς ἀληθείας ἑκόντες ἐξώσθησαν, πρὸς εἰκονομαχίαν ... ἐκκυλισθέντες. οὗτοι δ' οὐ μόνον μόνου τοῦ πάθους ... μετέσχον τε ἅμα καὶ ὑπερέσχον, ὡς εἴρηται, ἀλλὰ καὶ ... ἄλλην ἐπὶ κακίᾳ προσεπεδαψιλεύσαντο πολυειδῆ καὶ πολύμορφον. τίνα δὴ ταύτην; τὴν τῶν Εὐχετῶν δηλαδὴ καὶ Μασσαλιανῶν, ὧν τὸ τῆς γνώμης σαθρὸν καὶ ἀμφισβητήσιμον καὶ ἅμα τὸ τῆς πίστεως ἄπιστον οἱ θεῖοι τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι πάλαι κατεγνωκότες ἡμᾶς ἀπέχεσθαι παρηγγυήκασι. τούτων γὰρ οἱ μὲν ἀσέμνῳ λογισμῷ καὶ γλώττης ἀκρασίᾳ αὐτὴν ὁρᾶν φασὶ τοῦ θεοῦ τὴν οὐσίαν, αὐτοῖς ὁμιλοῦσαν ἀμέσως ἅμα καὶ οὐχ ὃν ἐκείνη τρόπον καὶ ὅτε βούλεται, ἀλλ' ὃν αὐτοί· οἱ δὲ τὸ τῆς θείας οὐσίας ἁπλοῦν τε καὶ μόνον ἄκτιστον ἀθετοῦντες παντάπασιν ἀπείροις τε διαφόροις θεότησιν ἀκτίστοις κατατέμνουσιν. καὶ σιωπῶ τὰς ἀθεμίτους καὶ δαιμονιώδεις πράξεις αὐτῶν διά γε δήπου τὸ μὴ ὅτι γλώττῃ γε προφέρειν, ἀλλὰ καὶ ψιλῇ τινὶ ἐννοίᾳ μεμνῆσθαι λίαν αἰσχρόν· λεκτέον δ' ὅμως τὰ τοῦ ... Μαξίμου περὶ αὐτῶν εἰρημένα, ἐξηγουμένου τὸν ἱερὸν ... φησὶ γὰρ ὅτι τριετίαν μόνον ἄκρως ἀσκήσαντες,

22. Μαξίμου ἐκ τῆς εἰς τὸν ἅγιον Διονύσιον ἑρμηνείας ἐν τῇ θεωρίᾳ τοῦ μυστηρίου τῆς μοναχικῆς τελειώσεως.

... offenderent et a veritate sponte recederent ad simulacra ... studium redacti. hi vero non solum cum hac re societatem ... et ut dictum est plus perpetrarunt sed etiam alio modo quan- ... potuit exercuerunt impietatem suam multiformem. quid au- ... et Massalianos commemorem, quorum opiniones falsas ... haereticasque sancti ecclesiae patres olim condemnarunt ... abstineamus nos volunt. quorum hi indigna ratiocina- ... linguae ineptiis ipsam se videre contendunt dei essentiam ... ipsis nulla re intercedente idque non quo modo et quando ... sed ut ipsi vellent. illi autem divinam essentiam sim- ... unam et solam increatam agnoscunt; sed in infinitas et ... increatas eam dissolvunt. faces horum insolentia et ... quae lingua proferre etiam uno tantum verbo attin- ... est. sed recitanda de his sunt sancti Maximii verba ... interpretatione ad sanctum Dionysium. dicit enim eos tres annos supra modum asceticam vitam exegissent, reliquum vitae tempus indifferentes esse ut sine pudore ... admitterent, ut stuprum, veneris cupiditates, edaci-

ἀδιαφοροῦσιν ἐπὶ τοσοῦτον τὸν λοιπὸν τῆς ἑαυτῶν ζωῆς χρόνον ὡς πᾶσαν ἀτοπίαν πράττειν ἀδεῶς, μοιχείαις ἀσελγείαις γαστριμαργίαις ἀλληλογαμίαις καὶ ἁπαξαπλῶς ἐν πάσαις ἀσωτίαις ἐγκυλινδούμενοι, τὰ τοιαῦτα πράττειν ἀπαθῶς τερατεύονται, ἀναισθήτως νοσοῦντες τὴν ἐμπάθειαν, καὶ ἀναλγήτως ὑφ' ἑαυτῶν πάσχοντες καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς οἰκούντων δαιμόνων, ὥσπερ οἱ φρενίτιδι κατεχόμενοι νόσῳ.

34 Εὑρήσει δ' ὁ βουλόμενος περὶ τούτων κἂν τῷ ὅρῳ τῶν πρακτικῶν τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς τρίτης συνόδου, καὶ ὁμοίως τῆς ἑβδόμης, ὅπως τε ἐκπομπεύουσι καὶ ἀναθεματίζουσι τὰς μυσαρὰς αὐτῶν ἐργασίας, καὶ ὅπως τοὺς αὐτοὺς Μασαλιανούς τε καλοῦσι καὶ Μαρκιωνιστάς. ἀρκέσουσι δ' ἔτι καὶ νῦν ἐς δήλωσιν ἄλλά τε πλεῖστα μαρτύρια καὶ σαφῆ, καὶ πρό γε πάντων οἱ ἐκ τοῦ Ἄθω τοῦ ὄρους καὶ δὶς καὶ τρὶς καὶ πολλάκις ἐληλυθότες πεπαρρησιασμένοι καὶ ὕπαιθροι τόμοι, τὰ τούτων αἰσχρὰ καθ' ἕκαστα παριστῶντες. ἀλλ' εἰ μὲν τοῦτ' ἦν ὁ τῆς ἡμῶν εὐσεβείας καὶ πίστεως ὅρος, εἰδέναι πῶς Θαβὼρ καὶ Ἑρμὼν ἐν τῷ ὀνόματι κυρίου ἠγαλλιάσαντο, καὶ εἰς τοῦτ' ἀνάγκης ἦν τὸ περιιστάμενον τὰς ἐκεῖ θαυματοποιίας εἰδέναι καὶ ταύταις τῆς προσκυνήσεως νέμειν τὸ κράτιστον, πρῶτον μὲν σοφῶν f. 161 v. ἀνδρῶν ἐδεῖτο πρὸς ἔρευναν τἀσφαλοῦς ἀκριβῆ, καὶ οὐδὲν ἂν ἦν ἀδικώτερον κατὰ τὸν εἰπόντα τῆς ἡμετέρας πίστεως, εἰ τὸ πλέον εἶχον οἱ σοφοί, καὶ οὐκ ἐπ' ἴσης τοῦ σώζεσθαι

latem, usum cum aliorum uxoribus, omnino ne multis verbis utar omnem libidinem qua immersi talia facere palam non vererentur et sic tanquam omni sensu alienatos laborare eos morbo intemperantiae suae et duros a semet ipsis et a daemonibus qui in iis habitarent perpeti cruciatus ut qui phrenesi morbo affecti essent.

Inveniet autem de his qui consulere velit in disciplina de practicis sanctae et óecumenicae tertiae synodi etiam septimae, quomodo diffament, et condemnent turpia horum facinora et quomodo Massalianos istos appellent et Marcionistas. satisfacient autem nunc ad evidentiam alia plurima testimonia luculenta et prae aliis omnibus quae ab Atho monte bis et ter et saepius ad nos pervenerunt evulgata et libere palam exposita documenta quibus illorum singula flagitia indicantur. at si pietatis nostrae et sanctae doctrinae intererat intelligere quomodo Thabor et Hermon in nomine domini celebrati essent et si hac de re necessarium omnino erat quae cum miraculis ibi editis coniuncta fuissent inquirere, iisque venerationem summam tribuere: primum opus erat ut a viris doctis quae certa sint accurate inquireren-

πᾶσι μετῆν ὁμοφύλοις καὶ ὁμογνώμοσι τὴν εὐσέβειαν, εἴτε τῶν σκυτέων τις εἴη καὶ σκαπανέων καὶ εἴ τις τῶν σοφι-
85 στῶν. δεύτερον δ' εἴποιμι ἂν ὡς εἰ βίαιόν τι καὶ ἀναπόδραστον τὸ τῆς ἀνάγκης ἐνταυθοῖ περιίστατο τρόπαιον, περὶ πολλοῦ μέντ' ἂν καὶ αὐτός, μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς ἐποιούμην τὸ λέγειν ἐνταῦθα, ἐμαυτοῦ τε προμηθούμενος, ὡς μὴ διαβαλλοίμην τοῖς φιλοσκώμμοσι, καὶ ἅμα τῶν ἀφελεστέρων, ὡς μὴ ῥᾳδίως ἐξαπατῷντο πρὸς τῶν ἀνοσίων τῆς ἀσεβείας προέδρων. νῦν δ' ἐπειδὴ ματαίαν ἐπίδειξιν εἶναι τὸ πρᾶγμα κατανοεῖν ἡμῖν παραγίνεται, καὶ πολὺν μὲν ἀνόνητον δὲ καὶ εἰκῇ τὸν τῆς ἔριδος ἐντεῦθεν κονιορτὸν ἐγειρόμενον, σιγᾶν, ὡς εἴρηται, ἐβουλόμην ἂν μᾶλλον ἢ λέγειν, οὐ τὸ λέγειν ὡς ἀνόνητον κατὰ φύσιν ὑπάρχον ἀποσειόμενος, ἀλλ' ὡς ἡμῖν ὑπάρχον ἀνόνητον ἄρτι, τὴν ἀωρίαν τέως τοῦ χρόνου καθάπερ τινὰ κηλῖδα συμπεπτωκυῖαν ὁθενδηποτοῦν παρὰ τὸ εἰκὸς ἀναδεξαμένου· ἃ γὰρ ἐνδεχομένην οὐκ ἀναγκαίαν δὲ προβάλλονται ζήτησιν, ταῦτα πάντως οὐδ' ἀναγκαίαν τινὰ τὴν
86 ἀπόκρισιν ἀπαιτεῖ πανταχοῦ. ἀκούω γὰρ καὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου περιφρονοῦντος, ὁπότε πρὸς τῶν Ἀρειανῶν ἀπαιτοῖτο τὴν τοῦ "κύριος ἔκτισέ με" φωνὴν ἐξηγεῖσθαι, καὶ τῆς σιγῆς τὴν αἰτίαν φάσκοντος, μὴ εἶναι δηλαδὴ μηδεμίαν ἀνάγκην περὶ τοιαύτης λέγειν φωνῆς, καὶ ταῦτα διὰ παραβολῶν

tur, neque quidquam iniustius erat quam de eo qui de nostra doctrina loquebatur si revera viri docti plurimum valebant quamquam non eadem facultas ceteris omnibus inerat qui nobiscum faciunt eandemque doctrinam habent, quaerere num e numero sutorum aut fossorum aut sophistarum esset. deinde autem fateor si nullo modo evitabile et prorsus necessarium fuisset, me nequaquam ibi omissurum fuisse verba facere, eo ut caverem mihi ne ludibriis mihi obtrectarent unaque aliis qui indocti sunt ne facile a scelestis impietatis praesidibus deciperentur. nunc vero quum vanam eorum demonstrationem esse nobis satis eluceat et frustra eos et sine eventu concertationis multum lutum concitasse tacere ut dixi malebam quam dicere, nec vero ea de causa ac si dicere omnino per se inutile esset sed quia nobis ipso eo tempore inutile fore videbatur. quod inopportunum esse et nobis tanquam probro fore ipsum illud tempus satis monebat. de quibus enim quaestionem proponunt non necessariam, haec responsionem necessariam non postulant. audio enim magnum Basilium quando ab Arianis postularetur ut enuntiatum "deus creavit me" explicaret id repudiasse et silentii causam eam professum essa, quod nulla sibi de eiusmodi sententia dicere esset necessitas, praesertim quum per parabolem et obscura verba et aenigmata prolata essent, ne qui audiret

καὶ σκοτεινῶν λόγων καὶ αἰνιγμάτων προενηνεγμένης, ὡς μηδὲν ἀναμφισβήτητον εἶναι λαβεῖν ἐξ αὐτῆς τὸν ἀκούοντα. διὰ γοῦν ταῦτα κἀγὼ σιωπᾶν ἐβουλόμην αὐτὸς ἐνταυθοῖ. καὶ μὴ μόνον δι' ἃ προαπηριθμησάμην, ὅτι μὴ καὶ ἄλλων δήπου πλείστων ἕνεκα. καὶ γὰρ ἔνιοι μὲν σαφηνείᾳ γλώττης ἔνιοι δ' ἥκιστα κέχρηνται, καὶ εἰ μὴ ταῖς ἐννοίαις, ἀλλ' οὖν τῇ γε λέξει καὶ τῷ τῆς φράσεως σχήματι διενηνέχθαι δοκοῦσιν ἐνιαχοῦ τοῖς ἀμαθῶς τε καὶ ἐριστικῶς ταῖς γραφαῖς ὁμιλοῦσιν. καὶ ἄλλως μὲν οἷς τὰ περὶ τούτου πῶς μὲν ἐγκωμιά- 37
ζειν πῶς δ' ἀναγωγικόν τινα λέγειν τρόπον καὶ ἀλληγοροῦντας διεξιέναι ἔπεισιν, ἄλλως δὲ τοῖς ἁπλῶς ἑρμηνεύειν καὶ ἐξηγεῖσθαι προελομένοις μόνας αὐτὰς τοῦ εὐαγγελίου τὰς ῥήσεις φιλοτιμίας ἁπάσης ἐκτός, καὶ ἀνακαλύπτειν, ὅσον ἐφικτόν, τὸν ἐγκείμενον ταῖς λέξεσι νοῦν ἀκριβῶς, καὶ πλέον οὐδὲν περαιτέρω ζητεῖν· ἄλλως δὲ τοῖς νῦν ἐπὶ συγχύσει τῆς εὐσεβείας ἐπιφυεῖσιν ἀσεβέσιν, οἳ τὴν μίαν ἄκτιστον θεότητα πρὸς ἀπείρους καὶ διαφόρους τέμνουσι, καὶ ἅμα ὁρᾶν αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς ἐγκαυχῶνται καὶ ὁμιλεῖν ἐξ οἴνου καὶ τρυφῆς Παλαμικῆς, ὃν ἀδύνατον ἰδεῖν μεμαθήκαμεν μήτ' ἀνθρώπων μήτ' ἀγγέλων οὐδένα· ἄλλως δ' αὖθις τοῖς ἑπομένοις βαναύσοις καὶ τριωβολιμαίοις γυναικαρίοις καὶ ἀνδραρίοις. ὡς εἶναι πολλαπλοῦς καὶ πολυειδεῖς τοὺς ἐντεῦθεν

ambigui quiddam inde caperet. eademque de causa ego quoque tacere ibi malebam idque non solum propter ea quae supra exposui sed etiam propter plurima alia. sunt enim qui sermone perspicuo utentur alii qui prorsus non perspicuo; qui etsi argumentis non differunt a nobis tamen verbis et vocibus suis peculiaribus differre videntur iis qui indocti sunt et quibus sacras scripturas in controversiam ducere placet. alio autem modo intelligunt qui in huiusmodi rebus nimium semper exquirere et per allegorias dicere volunt; alio modo qui simpliciter interpretari et illustrare student ipsa tantum nuda evangelii verba sine ulla aestimatione et detegere quantum fieri possit accurate quae verbis subest sententiam, neque qui ulterius quidquam indagandum esse putant. rursus alio modo differre videntur iis, qui hodie pios animos perturbare student impiis, quique unam increatam deitatem in infinitas et varias multas discindunt simulque videre eam claris oculis se iactant et coniunctos se esse post vinum et commissationem palamicam cum ea quam nos nequaquam cerni posse didicimus neque ab homine ullo neque ab angelis. denique alio modo intelligunt, qui in comitatu semper est plebs e tabernis et perditae vilesque muliebres et homunculi. itaque fit ut multiplices inde et variae formae sanctae doctrinae tanquam rivuli profluant; et profecto cogitare

ἀποβλύζοντας τῆς θρησκείας ῥύακας, καὶ Πρωτέως τήμερον
f. 162 r. δεῖσθαί τινος, ἀλλοιοῦσθαι δυναμένου συχνὰ πρὸς τὰ διάφορα τῶν ὁμιλούντων ἤθη καὶ ἅμα τάς τε γνώσεις καὶ διχοστατούσας γνώμας.

28 Διὰ δὴ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα βαθείας σιγῆς ἀνθεῖλκεν ἔρωτες τὸ τῆς ἐμῆς ψυχῆς λογιζόμενον, καὶ τοιούτους δή τινας ἐν ἐμαυτῷ τοὺς λογισμοὺς ἐξήσκουν ἐγώ, δεδιὼς μὴ μάτην ἀορίστῳ τε καὶ ἀστάτῳ στοιχείῳ τῷ ἀέρι δόξω δανείζειν λόγους αὐτίκα μάλα λυθησομένους. ἐπεὶ δὲ πανταχόθεν ἡμᾶς περιθέοντες νῦν οἱ τῆς εὐσεβείας ἀγωνισταὶ καὶ σφόδρα τῆς πίστεως ἀντεχόμενοι πιθανωτέροις χρησάμενοι λόγοις ἐκθύμως τε ἀξιοῦσι καὶ ἀνάγκην τῇ ἀξιώσει ἐπάγουσι παντοδαπήν τινα καὶ πολὺ τὸ διάπυρον κεκτημένην, καὶ ἀρὰς προσεπιδαψιλεύουσι τῇ ἀνάγκῃ μὴ περιιδεῖν ἀναμοχλευομένην τὴν ἀλήθειαν, κινδυνεύοντας δὲ τοὺς πολλούς, τοὺς μὲν εἰς τὰ ἔσχατα τῆς κακίστης τῶν Μασαλιανῶν περιπίπτειν αἱρέσεως, τοὺς δ' εἰς τὰ τῶν ἀκτιστιτῶν τε καὶ ἀνθρωπομορφιτῶν βάραθρα, τοὺς δ' εἰς ἀλλοκότους καὶ τερατώδεις ἄλλους κρημνούς, καὶ ἄκων ἐξάγομαι λέγειν ἃ μὴ προῄρημαι, τὴν τοῦ κρύψαντος τὸ δῶρον καθ' ἕτερον τρόπον δεδιὼς καταδίκην ἐκείνου, ἅτε στενοχωρῶν καὶ ἀδικῶν τὸ τῶν λόγων χρηστὸν οὐ μάλα ἄκων, πλείοσι φαίνεσθαι χρηστὸν ἀφαιρούμενος διὰ τῆς σιγῆς. τρέποιτο δ' εἰς τὰς τῶν αἰτίων κεφαλὰς

liceat hodie de Proteo qui crebro mutari potest in varios ac diversos hominum animos eorumque intelligentiam et dissidentes inter se sententias.

Propter haec et similia alti silentii amor animum meum tenebat et tales fere apud me sententias conformavi. timebam enim ne temere in aerem elementum infinitum et inane proiicerem orationes statim in nihilum abituras. quandoquidem autem undique nos circumstantes nunc pietatis vindices et tenacissime fidem amplectentes firmioribus uti argumentis par.esse putant et necessitatem argumentationi adducunt undique collatam et multum roboris habentem et vota necessitati adiiciunt ne negligamus veritatis cernendae studium et periculum a plerisque defendamus ne alii in summam nequitiam incidant Masalianorum haereris alii in foveas actistitarum et anthropomorphitarum, alii in alia pestiferae et monstrosae haeresis praecipitia, fit ut vel invitus cogar dicere quae antea mihi non proposui, veritus alio modo poenam eius, qui donum celavit, utpote coarctans atque iniuria afficiens bonas rationes non invitus, impediens silentio meo, ne pluribus appareret bonum. vituperium autem se vertat in capita auctorum, qui

τὰ τῆς μέμψεως, ἐν οὐ καιρῷ βιασαμένων λέγειν τὰ τῇ φύσει μὲν καίρια, οὔπω δ' οὔτε τοῖς καθεστηκόσι πράγμασιν ὄντα οὔτε τοῖς ἀκούουσι καίρια. ἐν γὰρ τῇ τῶν ἀκουόντων γνώμῃ τὴν νικῶσαν ἔχειν πεπείσμεθα ψῆφον ὡς τὰ πολλὰ κειμένην τὴν τῶν λεγόντων ἀλήθειαν.

Βέλτιον μὲν οὖν ἦν ἂν ἐν τοῖς τοιούτοις σιγᾶν, ὡς διεί- 39 ληπται· ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ τῆς σιγῆς οἱ καιροὶ τὴν τῶν λεγομένων ξενοδοχοῦντες ἦσαν ἀσμένως φοράν, καὶ οὐ τὴν ἀναγκαίαν τοῦ λέγειν προὔβαλλον πρόφασιν. ἔστι μὲν γὰρ καὶ σιγῆς καιρός, ἀλλ' ὅτε δὴ σιγῆς δεομένοις ἀκροαταῖς ἐντυγχάνοι, ὅτε δ' ἀξίοις καὶ πάνυ τι χρῄζουσι. τότε δ' οὖν καὶ τὸ ἐνδεχόμενον εἰς τὴν τοῦ ἀναγκαίου μοῖραν σαφῶς ἀποκεκριμένον, λέληθε τὴν τοῦ ἐνδεχομένου δύναμιν ἀπολωλεκὸς, ὑπὸ τῆς ἀνάγκης καταποθὲν ὡς εἰπεῖν. ἀθανάτου γὰρ τῆς ἡμετέρας οὔσης ψυχῆς καὶ ἀθανάτους ἐκδεχομένης τὰς τῶν πεπραγμένων σαφῶς ἀμοιβὰς ἐξ ἀνάγκης, καὶ ἅμα μιᾶς ψυχῆς μὴ εἶναι τὸν πάντα κόσμον ἀντάξιον τῆς θείας λεγούσης γραφῆς, πῶς οὐκ ἀναγκαῖον ἐνταῦθα γίγνοιτ' ἂν καὶ τὸ ἐνδεχόμενον; εἰ γὰρ ἐφ' ἡμῖν καὶ ἐνδεχόμενον τὸ σώζειν ἐστὶν αὐτὴν καὶ δόξης ἀιδίου προξένους αὐτῇ καθίστασθαι, καὶ αὖ τοὐναντίον φθείρειν καὶ κολάσει παραπέμπειν αἰωνίῳ, ἀλλ' οὖν τῶν ἀναγκαίων καὶ τοῦτ' ἂν εἴη μάλιστα μεταξὺ μὴ παρατρέχειν κείμενον τὸ κατὰ φύσιν εἰπεῖν ἀναγκαῖον. ὅσον γὰρ τὸ φθείρειν τῶν ἀτοπωτάτων ἐστὶ καὶ παραλόγων, τοσοῦτο τῶν ἀναγκαίων τὸ σώζειν. ἃ γοῦν ἀκούσαντες πολλά- 40

me cogerunt alieno tempore dicere ea quae per se opportuna sunt, sed nondum neque pro praesenti rerum conditione neque pro auditoribus opportuna. nam in auditorum opinione vincentem sortem positam esse arbitramur, ita ut saepe iaceat dicentium veritas.

In his igitur melius erat ut iudicavimus, silentium tenere, quando scilicet silentii tempora dictorum vim libenter in se reciperent, neque dicendi necessariam causam obtenderent. est enim silentii tempus opportunum, ubi auditores silentis egeant hique eo digni sint et valde id cupiant. quo pacto id quod licitum est, in necessitatis vim plane seiunctam transit, vi liciti abiecta tanquam a necessitate devorata. quum enim anima nostra immortalis sit et immortales eorum quae aguntur contineat necessitate, uni vero animae ipsum totum mundum non aequiparandum esse sacra confirmet scriptura, cur non necessarium fiat id quod licitum est. etenim si nobis id facere licet, ut eam servemus et aeternae gloriae tutores ei simus, et si horum contrarium est perdere et aeternae poenae transmittere, sane hoc ne-

κις καὶ ὧν πειραθέντες ἐμάθομεν εἶναι τῶν ἀγαθῶν, ταῦτα
f. 162 v. ποιεῖν τῶν ἀναγκαίων καθάπαξ κρίνομεν εἶναι. ἃ δὲ ποιεῖν τῶν ἀναγκαίων κρίνομεν εἶναι, τούτων ἀφίστασθαι ποίαν οὐκ ἀτοπίας ὑπερβολὴν παρελαύνοι. ὥστε τῶν χειρόνων ἀνθαιρεῖσθαι τὰ βελτίω μαθοῦσιν εἶναι βέλτιον ἐξ ἀνάγκης, βελτίους καὶ ἑαυτῶν ἀναγκαζομένους γίνεσθαι ἕπεται, καὶ τοῦ δέοντος, ὅσον ἐφικτόν, ἐγγύτατα θεῖν ἀεί, τὴν ἀθάνατον ὄντως καὶ ἀναγκαίαν ὁδόν, ὡς ἐμέ γε οἴεσθαι. καὶ οἶμαί γε ὀρθοτέραν πάνυ τι οἴεσθαι. καὶ οὕτως ἐνδεχομένης καὶ ἐφ' ἡμῖν τῆς τῶν ἀγαθῶν προαιρέσεως οὔσης ἀναγκαῖον γίνεται τὸ συμπέρασμα, πρὸς ὃ πέφυκεν ἀνατρέχον μάλα τι πρεπόντως, καὶ τὰ ἐν τοῖς τοιούτοις καίριον εἰς τὸ τῆς ἀληθείας μουσεῖον παιδαγωγούμενον ἀνευρίσκον. ἀλλὰ γὰρ εἰς τοῦτο τύχης ἡμᾶς τῆς τοῦ λέγειν τήμερον ἐλαυνούσης ἀνάγκης, σκεπτέον τίνα δεῖ πρῶτον καὶ τίνα δεύτερον εἰπεῖν, καὶ τίνα τάξιν εἰληφέναι δέον ἕκαστα τῶν ἑξῆς.

cessarium est, ne negligamus id quod secundum naturam necessarium esse dicimus. quantum enim perdere turpissimum est et contra rationem, tantum servare necessarium. quae ergo saepe accepimus et ipsi experti sumus esse bona, ea exercere iudicamus esse necessarium. verum ab iis quae exercere necessarium esse iudicamus recedere, quantum id turpitudinis opprobrium effugiat? itaque eos qui peioribus meliora anteponere melius esse necessario intellexerint, ut meliores semet ipsi reddant necessario coactos esse, elucet, et quidem ut quantum fieri potest, ad id quod postulatur propius accedant. dico autem immortalitatis eundum atque necessitatis viam esse.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ ΛΟΓΟΣ ΔΟΓΜΑΤΙΚΟΣ Δ.

Πρῶτον μὲν οὖν ἂν εἴη σκέψασθαι ἄξιον, ἔφησεν ὁ Γρηγορᾶς, πότερον ταῖς κοιναῖς μᾶλλον ἐννοίαις τῆς ἐκκλησίας ἁρμόττει σέβειν ἕνα θεόν, εἴτουν μίαν ἐν τρισὶν ἄκτιστον θεότητα, καὶ ὅ φησιν ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος, φῶς ἓν ἀπρόσιτον καὶ ἀδιάδοχον τὸν θεόν, ἀειλαμπὲς τρίλαμπες, ἢ πλείστας μὲν θεότητας πλείω δὲ φῶτα κατά τινας τῆς ἀντιθέτου τῇ εὐσεβείᾳ φάλαγγος. ἐγὼ μὲν οἶμαι μηδένα τῶν εὐσεβέσι λογισμοῖς συντεθραμμένων πρὸς τοσαύτην ἑκόντα καταπεσεῖν ἀπόνοιαν, ὥστε πλείους μιᾶς ἑλέσθαι νομίζεσθαι δικαιοῦν θεότητας. κοινῇ τῶν τῆς εὐσεβοῦς ἐκκλησίας πατρίων δογμάτων ἀκούοντι διαρρήδην βοώντων, φῶς ἓν ἀδιάδοχον καὶ ἀπρόσιτον εἶναι τὸν θεόν, καὶ μὴ πολλὰ μηδὲ πέρα τῆς τριάδος, δεύτερον δὲ φῶς ἄγγελον μηδενὸς ἑτέρου μεταξὺ

Cod. Reg. 1276. f. 162 v.

NICEPHORI GREGORAE LIBER DOGMATICUS QUARTUS.

Primum autem inquit Gregroras dignum est de quo quaeramus, utrum statutis ecclesiae dogmatis unum deum adorare magis conveniat vel unam in trinitate increatam deitatem ut Gregorius magnus ille theologus dicit, deum, lucem unam, inaccessibilem et sempiternam et semper in trinitate lucentem: an plures deitates et plura lumina, ut volunt sanctae doctrinae nostrae adversarii. equidem neminem puto eorum qui in sancta doctrina educati sint in tantam sponte incidere posse amentiam ut plus unam deitatem fingat sibi et credat; quum patria sanctae ecclesiae dogmata una ac clara voce acclament ei, lucem unam sempiternam et inaccessibilem esse deum, nec vero lumina

μεσιτεύοντος, καὶ πάλιν ἕνα θεὸν εἶναι, διότι μία θεότης, ἀναγκαίαν αἰτίαν τοῦ σέβειν ἕνα θεὸν τὴν τῆς μιᾶς θεότητος πρώτην ὁμολογίαν τιθέντων, εἰ μή τις ἐν ἀθύρματος μοίρᾳ καὶ γέλωτος ἑκὼν ἑαυτοῦ προδότης τοῖς ἐν ἀγοραῖς καλινδουμένοις παιγνίοις καθίσταιτο ἐθελοκωφῶν.

Τούτου γε μὴν ὁμολογηθέντος, δεύτερόν ἐστι πυθέσθαι ἄξιον εἰ δέοι παραδραμόντας τὴν κοινὴν αὖθις τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἔννοιαν μεταξὺ καθάπερ λύχνον ἐπ' ὄρους κειμένην, ἔπειτα ὁρατὴν εἶναι λέγειν τὴν μίαν ταύτην καὶ μόνην ἄκτιστον θεότητα, εἴτουν τὸ ἓν φῶς ἐκεῖνο τὸ ἀειλαμπὲς καὶ ἀπρόσιτον· καὶ ἀδιάδοχον· κοινὸν γὰρ εἶναι δόγμα τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦτ' εἰλήφειμεν πρός τε τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ φοιτητῶν, ἑωρακέναι θεὸν ὑπάρχειν ἀδύνατον ἅπασι, πλὴν διὰ συμβόλων καὶ τύπων σωματικῶν. "οὔτε γὰρ" φησὶν "εἶδε θεὸν οὔτ' ἰδεῖν δύναται τῶν ἁπάντων οὐδείς." ἅπερ ὁ εἰπὼν αὐτὸς ἐπισφραγίζων αὖθις θεῖος Παῦλος "εἴ τις εὐαγγελίζεται" f. 163 r. φησὶ "παρὸ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω," ταῦτα δὴ λέγων τὰ εἰρημένα, τὸ μίαν τε σέβειν ἄκτιστον θεότητα καὶ φῶς ἓν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι, καὶ ἅμα ταύτην ἀόρατον εἶναι ὁμολογεῖν, μὴ ὅτι ἀνθρώποις ἀλλὰ καὶ ἀγγέλοις αὐτοῖς. τίς γὰρ οὕτως ἠλίθιος καὶ μανίᾳ σύνοικος μακρᾷ ὥστε κτισμάτων ἀοράτων ὄντων, ἀγγέλων φημὶ καὶ ψυχῶν καὶ δαιμόνων, λέγειν ἔπειτ'

10. εἰ τοῦτο ἓν C.

plura nec praeter trinitatem; deinde lucem revelantem nullo alio intercedente; et rursus unum deum esse quippe unam deitatem, consantaneum autem esse unum adorare deum, ubi primum convenerit unam esse deitatem. nisi quis quum surdis auribus sit ipse ut ludibrium et ridiculum se tradere velit totius fori irrisioni.

Quae si concessa erunt, deinde dignum de quo quaeramus, num divinae ecclesiae dogma vulgatum transcurrere tanquam in monte positam lucernam, et deinde dicere liceat cerni posse unam hanc et solam increatam deitatem. si haec una lux illa semper lucens, inaccessibilis, sempiterna est: dogma hoc ecclesiae vulgatum est idemque a deo nostro et salvatore Iesu Christo eiusque discipulis nobis traditum, deum cernere posse neminem nisi symbolis et typis corporeis. nemo enim inquit, deum vidit, neque potest quisquam eum videre. quod dominus ipse proclamavit et confirmat rursus St. Paulus qui dicit: "si quis vobis evangelicaverit praeter id quod accepistis, anathema sit." dicit autem ille ipsis his verbis adorandam esse increatam deitatem et lucem unam in trinis substantiis,

ἀνθρώποις τολμᾶν ὁρατὴν εἶναι τὴν φύσιν τοῦ τῶν ἁπάντων δημιουργοῦ θεοῦ. μὴ οὖν ὅτι θρήνων καὶ δακρύων ἄξιον παμπόλλων πάτριον δόγμα τῆς ἐκκλησίας κινοῦντας τοῖς ἀποστολικοῖς ἐκείνης ἀναθέμασιν ἑαυτοὺς ἑκόντι παρέχειν, ἀλλὰ καὶ μανίας ὁμοῦ καὶ ἠλιθιότητος γέμει τοιαῦτα λογίζεσθαι. ἐπὶ γὰρ πᾶσαν διδασκαλίαν καὶ πᾶσαν μάθησιν ἐκ προϋπαρχούσης γίνεσθαι φάσκουσι γνώσεως. δεῖ γὰρ μαρτυρίας 4
ἐν τοῖς τοιούτοις ἐκείνας προβάλλειν εἰς προὖπτον καὶ σαφεστέραν δήλωσιν τῶν ἀτελεστέρων, αἳ τῇ τῶν ἀνθρωπίνων αἰσθήσεων ἐκ πρώτης γενέσεως συνηθείᾳ κανόσιν ἀθανάτοις μαθήσεις ἡλικιώτιδες γίνονται, κἀντεῦθεν ἀμοιβαίοις ἴχνεσιν ἀναγομένους βαθμίδων δίκην ταῖς κατὰ μικρὸν ὑπαλλαγαῖς τῶν ἀναλόγων προσθέσεών τε καὶ ὑφαιρέσεων συμβιβάζειν καὶ τῷ τῆς ἐπιστήμης ἡλίῳ καθαρώτερον ἤδη προσάγειν, χρεὼν διδακτῆς οὔσης τῆς ἐπιστήμης προϋπάρχουσαν εἶναι λογίζεσθαι γνῶσιν τὴν τῶν αἰσθήσεων αὐτοδίδακτον πρώτην κατάληψιν, ἀφ' ἧς ὡς ἐκ πρώτης ἀρχῆς καὶ πηγῆς οἱ πάσης ἐπιστήμης ἀποβλύζουσι ῥύακες τῶν τε τοῖς αἰσθητοῖς καὶ διανοητοῖς καὶ νοητοῖς ἐνυπαρχόντων ὅρων καὶ λόγων. τὸ 5
γὰρ βλέπειν ἡμᾶς καὶ ἀκούειν, καὶ νῦν μὲν γλυκέων καὶ πικρῶν αἰσθάνεσθαι διὰ τῆς γεύσεως νῦν δὲ τραχέων τε καὶ λείων διὰ τῆς ἁφῆς, καὶ ὅτι θερμὸν καὶ καυστικὸν τὸ πῦρ καὶ ψυχρὸν ἡ χιών, κοιναί εἰσιν ἔννοιαι πάντα καὶ αὐτοδί-

eamque invisibilem esse non solum hominibus sed etiam ipsis angelis. quis igitur tam temerarius est tantaque amentia captus, ut quum creaturae invisibiles sint, dico angelos, animas, daemones, hominibus dicere audeat visibilem esse naturam dei qui cuncta procreavit. neque solum in misericordia nostra et multis lacrimis sunt qui patrio dogmate ecclesiae laeso apostolicum anathema sibimet ipsi contraxerint, sed patet etiam multa eos in temeritate et amentia versari, quippe qui omnem dicant doctrinam et omnem cognitionem fieri ex nostra ratione. nam in huiusmodi rebus iis utendum est testimoniis ad conspicuam et planiorem infinitorum revelationem, quae ex humanorum sensuum inde a primis a pueritia motibus consuetudine cognitiones evadant immortalibus regulis aequales. deinde progrediendum est alterno vestigio gradatim et in analogis addendis et demendis concludendum ex exiguis quae intercedant differentiis, et ut scientiae sol clarior fiat, quoniam scientia doceri potest, demonstrare opus est subesse rationem, sensuum propriam ac primitivam perceptionem. e qua tanquam e prima origine ac fonte scientiae omnis prosiliunt rivuli et iis quae percipiuntur, cogitantur, cognoscuntur, subsunt pri-

δακτα τοῖς αἰσθητηρίοις. οὐ γὰρ διδασκόμεθα παρ' οὐδενὸς βλέπειν ἢ ἀκούειν, ἢ ὅτι καίει τὸ πῦρ καὶ ψυκτὸν ἡ χιὼν καὶ τὸ μέλι γλυκύ. αὐτόθεν γὰρ ἡ αἴσθησις τὰ μὲν προσίεται τὰ δ' ἀποσείεται δίχα τινὸς ἐπεισάκτου γεωμετρικῆς ἀνάγκης καὶ δίχα συλλογιστικῆς ἀποδείξεως οἱασδηποτοῦν, τοῦ δημιουργοῦ θεοῦ πανσόφως προοικονομήσαντός τε καὶ προϋποθέντος τῇ φύσει σπερματικῶς οὑτωσὶ τὰς τοιαύτας ἀρχεγόνους ῥίζας, ἐφόδιον κράτιστον ταῖς ἐπιστημονικαῖς ἑξῆς ἁπάσαις μεθόδοις καὶ ἀποδείξεσιν, ἐξ ὧν οἱ ἀκαταμάχητοι καὶ δυσαντίβλεπτοι μάλιστα τῆς ἀληθείας περατοῦνται συλλογισμοί. δεῖν γὰρ εἶναι τὰς ἀρχὰς τῶν συλλογισμῶν αὐτοδιδάκτους καὶ αὐτόθεν ἐχούσας τὸ πιστὸν καὶ ἀναντίρρητον πανταχοῦ καὶ ὁμόλογον ἐξ ἁπάντων τὸ συγκεχωρηκός, ὡς ἂν ἐξ ὁρμητηρίου βεβαίου καὶ ἀσφαλοῦς ταῖς τῶν σοφῶν ἀποδεικτικαῖς φωναῖς τε καὶ γλώτταις κινουμέναις ἀγώγιμον ὡς ὑφ' ἡλίῳ καὶ φωτὶ μέχρι τοῦ προσήκοντος ἑκάστῳ συμπεράσματος τὸ τῆς ἀληθείας εἴη πορευόμενον „εὐγενές.

Καὶ ἵν' ὑποδείγμασι τρισὶ καὶ τέτρασι διαλευκανθείη τὰ εἰρημένα, προκείσθω νῦν διδάσκαλος ἡμῖν ὁ μέγας τῆς ἐκκλησίας φωστὴρ Διονύσιος, ἐκ τῶν τῇ αἰσθήσει γνωρίμων καὶ αὐτόθεν τὸ πιστὸν ἐχόντων καὶ ἅπασιν ὡμολογημένων τὸ συγκεχωρηκὸς παριστῶν τὸ ζητούμενον. θέλων γὰρ διδάξαι

mae notiones et notitiae. nam quod videmus nos et audimus, modo palato dulcia et amaro percipimus, modo aspera et levia tactu, et quod calidus et ardens ignis est, nix frigida, perceptiones communes sunt et propriae sensuum. neque enim a quoquam edocemur videre et audire aut ignem ardere, frigere nivem, mel dulce esse. sua sponte enim sensus ad alia inclinat, alia fugit, nulla adscita geometrica necessitate vel alia qualibet argumentatione. si enim deus universi procreator initio distribuit et iniecit naturae semina hos radices primitivos, fundamenta certissima in scientia quacunque comprehendenda et demonstranda. unde invicta et vel maxime stabilia veritatis argumenta petuntur. nam argumentorum dicunt principia per se debere esse data, et quae per se fidem habeant et omnino firma sint et quibuscum singula omnia consentiant. quasi cum his omnia consentiant; quasi ratione instigatrice quadam firma ac certa innixi philosophi tanquam sub sole ab luce in argumentando protrahere possint ad cuiusque rei veram necessitatem, vim veritatis.

Sed ut exemplis tribus vel quatuor illustrentur quae dicta sunt dicat nunc magister noster magnus ille ecclesiae sospitator Dionysius qui ex iis quae percipiuntur sensibus et per se fidem habeat et cum

πανταχοῦ τὸν θεὸν εἶναί τε καὶ πᾶσι μεθεκτόν, ὡς ἐκείνῳ I. 163 v.
